nec hiſtoria docet. Morinus non bene vertit *Cucullum*.

(8) Clarius hic ritus exprimitur in Euhologio Græcorum ſic: *Poſteriorem orarii partem in anterius latus dextrum reducit*: Et in Pontificali Syriaco: *Epiſcopus apprehendit Orarium, quod ſuper ipſum impoſitum eſt, & transfert illud ſuper humerum ejus dextrum ad partem ipſius anteriorem*: Videtur autem in Pontificali Neſtoriano deeſſe aliquid: Nam ſupra Orarium Presbyter indui ſolet *Phelonio*, ſeu *Pluviali*, cujus hic nulla mentio, ſed in ritu Græco diſerte memoratur.

(9) Sicut Ordinato Presbytero traditur apud Neſtorianos liber Evangelii, ſic Ordinato Diacono liber Epiſtolarum Pauli, ut ſupra notavi. Utraque cerimonia Græcis, Coptis, Syriſque Jacobitis ignota in Ordinatione Presbyteri, et Diaconi. De Maronitis vide ipſorum Pontificale a nobis editum.

ܐܦ ܒܥܘܕܪܗ ܘܒܥܘܬܐ ܕܟܠܗܝܢ ܩܕܝܫܐ ܡܫܪܝܬܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܫܠܝܚܐ ܘܣܥܪܐ ܕܡܫܚܐ ܘܕܟܗܢܐ ✻

Item cum auxilio Chriſti, & adjutorio Gratiæ ejus incipimus ſcribere ordinem impoſitionis manus Epiſcoporum.

ܒܥܕܢ ܪܘܡܫܐ ܕܫܪܪܐ ܘܡܫܠܡ ܒܫܠܡܐ ܘܒܚܝܠ ܕܡܫܝܚܐ ܘܒܨܠܘܬ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝܡ ܐܡ ܕܐܠܗܐ ܘܒܨܠܘܬ ܟܠ ܩܕܝܫܝ ܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܫܠܝܚܐ ܘܣܥܪܐ ܕܡܫܚܐ ܘܕܟܗܢܐ ܕܒܝܬ ܡܫܝܚܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܫܘܠܛܢ ܘܚܝܠ ܘܟܪܝܙܘ ܘܫܘܒܚܐ ܠܫܡܗ ܕܐܒܐ ܘܒܪܗ ܘܪܘܚܗ ܕܩܘܕܫܐ ܐܡܝܢ ܘܒܥܕܢ ܕܡܫܠܡ ܒܫܠܡܐ ܘܒܚܝܠ ܕܡܫܝܚܐ ܘܒܨܠܘܬ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝܡ ܐܡ ܕܐܠܗܐ ܘܒܨܠܘܬ ܟܠ ܩܕܝܫܝ ܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܫܠܝܚܐ ܘܣܥܪܐ ܕܡܫܚܐ ܘܕܟܗܢܐ ܕܒܝܬ ܡܫܝܚܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܫܘܠܛܢ ܘܚܝܠ ܘܟܪܝܙܘ ܘܫܘܒܚܐ ܠܫܡܗ ܕܐܒܐ ܘܒܪܗ ܘܪܘܚܗ ܕܩܘܕܫܐ ܐܡܝܢ

TEmpore *Veſpertino hoc eſt, in ingreſſu Dominicæ* (1), *præcipit Pontifex, ut vigilia fiat*: & *ſeligunt odas cantandas ante illam*, (2) *cujus initium eſt*, Apoſtoli ſancti; Trinitas, *nempe, vel* Apoſtoli Doctores fidei, *Gloria.*

Da

Da Eccleſiæ tuæ, Redemptor mundi, tranquillitatem, & pacem, Fili Dei: ut portæ inferi numquam prævaleant ei. Confirma ei verbum tuum, Unigenite. *Poſt cantum, cujus initium*: Apoſtoli Chriſti Salvatoris noſtri: *Gloria*, Apoſtoli tui ſancti, Redemptor noſter. *Canticum Baſilicon* (3), *de die occurrente*. *Et adjunge, quod congruit*. *In nocte autem incipiunt ab initio Davidis*: *& dicunt in Seſſionibus Odas Apoſtolorum* (4), *& theſaurum Evangeliſtarum*. *Cantus vigiliæ, de die occurrente*. *Et adjungunt*: Dominus regnavit, iraſcantur: Exaltabo te Domine. Cantate Domino canticum novum, Laus ejus in Eccleſia. *Ode noctis, de die occurrente*. *Et adjungunt de Apoſtolis, quod volunt*. *Ad matutinum autem, & Canonem, de die occurrente, & de Apoſtolis*. *Mane autem facto, hora tertia congregantur fideles*

ܐܠܗܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܝܠܟ ܡܪܝ ܡܫܝܚܐ ܘܐܠܗܐ ܕܫܠܡܐ ܘܫܪܝܪܐ ܕܝܠܟ ܗܘ ܒܪ ܐܠܗܐ ܕܚܝ ܕܠܐ ܢܫܬܘܢ ܒܗ ܬܪܥܝ ܓܗܢܐ ܕܠܐ ܢܬܟܠܘܢ ܥܠܝܗ ܐܬܬܩܢ ܡܠܬܟ ܝܚܝܕܝܐ ܕܐܡܪ ܠܟ ܒܗ ܐܒܐ ܒܫܥܬܐ ܕܡܥܡܕܕ ܥܠ ܝܘܪܕܢܐ ܘܐܡܪ ܒܗ ܩܠܐ ܕܫܠܝܚܐ ܕܡܪܢ ܒܫܥܬܐ ܕܡܥܡܕ ܥܠ ܝܘܪܕܢܐ ܘܐܡܪ ܒܗ ܫܒܚܬܐ ܕܫܠܝܚܐ ܕܡܪܢ ܒܫܥܬܐ ܕܡܥܡܕ ܥܠ ܝܘܪܕܢܐ ܘܐܡܪ ܒܗ ܬܫܒܘ

deles in Eccleſia: & procedit Patriarcha (5), aut Metropolita, & Epiſcopi qui apud ipſum convenerunt, ornati Birunis, & Baculis: & incipiunt: Pater noſter, qui es in Cœlis: dicuntque Jaculatoriam diei, & terminant. Qui autem ad Chirotoniam accedit, ſtat in medio Altaris juxta Ordinem, quem habet (6), ſive Diaconus ſit, ſive Presbyter. Archidiaconus intonat: Pax nobiſcum. Præſul orat.

Laus fluentis gratiæ tuæ, & adoratio throno Dominationis tuæ: & omne genus gratiarum actionis virtuti perfectæ, & invincibili Trinitatis tuæ glorioſæ, quæ cauſa eſt principiorum, & ordinatrix conſummationum: Aeterne qui nec principium habes, nec finem, & Largitor donorum ſpiritualium, Domine omnium.

Et

Et *incipit* : Miſericordiam Domini in æternum (7) : *Tono*, Peregrinus : *uſque ad*, Teſtis in Cælo. *Aut*, Memento, *cum hac Antiphona*. Illa gratia, & illud donum, quod deſcendit, & manſit ſuper diſcipulos, ipſummet Domine illabatur, et ipſummet maneat ſuper Adorantes te uſque in ſeculum. Tibi commendo claves theſauri ſpiritualis, ut liges, et ſolvas quidquid eſt in terra, et in Cælo.

Et orant. Te Theſaurum abundantem auxiliorum divinorum, et Fontem omnium bonorum, ac donorum ſpiritualium, Mare immenſum gratiarum deSancto Sanctorum; abyſſum, quæ explorari

non poteſt a creaturis terrenis, quæ perficere ſolet obumbratione ſui dextera omnes ordines Eccleſiaſticos, oramus cordibus placantibus (ſeu *concordilus*) ut accipias a nobis ſacrificia mentium noſtrarum ra-

ܘܥܠ ܥܒܕܟ ܕܝܡܝܢ ܪܚܡܝܟ ܕܬܫܪܐ ܠܡܫܡܫ ܐܝܟ ܕܦܘܩܕܢܐ ܕܝܠܟ ܒܟܠ ܝܘܡܝ ܚܝܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢ ܕܐܫܪܝ ܠܟ ܪܘܚ ܝܩܪ ܡܘܗܒ ܟܠ ܛܒ̈ܐ ܡܪܝ ܥܠܡ̈ܐ ܐܡܝܢ ܘܫܪܝ ܐܡܝܢ

nalia, et recumbere facias ſuper ſervum tuum dexteram miſericordiarum tuarum : ut adminiſtret myſteria Sacerdotii tui juxta mandata Evangelica, omnîbus diebus vitæ ſuæ præſentis. Largitor donorum ſpirit. Dñe omnium.

ܘܡܫܪܝ ܠܗ ܒܣܡ̈ܐ ܘܫܪܝ ܠܡܐܡܪ ܫܒܚܬܐ ܕܟܗܢܘܬܐ ܐܗܪܘܢܝܬܐ ܐܘ ܡܘܣܦ ܠܡܐܡܪ ܒܝܬ ܟܗܢܘܬܐ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܬܫܕܪ ܪܥܝܐ ܕܫܡܝܐ ܪܘܚܐ ܦܪܩܠܛܐ ܘܫܪܝ ܠܡܐܡܪ ܫܒܚܬܐ ܡܒܪܟ ܕܐܢܬ ܡܩܕܫ ܟܗܢ̈ܐ ܩܕܝܫ̈ܐ ܡܒܪܟ ܕܐܢܬ ܡܫܟܚ ܐܓܪ̈ܐ ܕܐܬܠ̈ܐ ܕܐܢܬ ܡܟܢܫ ܟܠ ܗܪܣܝܐ ܘܟܢܫ ܥܕܬ̈ܐ ܡܫܝܚ̈ܐ ܕܐܢܬ ܩܢܝ ܒܕܡܗ ܕܝܩܪ ܥܠ ܓܓܘܠܬܐ ܩܕܝܫ̈ܐ ܐܬܩܕܫ

Et ponunt aromata, & incipiunt cantum: omnia facit: *& repetunt eum*. *Et dicunt*: Gloria. Sacerdotium Aaroniticum: *Vel adjungunt*: Sacerdotium domus: Spiritus ſanctus, qui miſſus eſt: Paſtor cæleſtis: Spiritus Paraclitus. *Et dicunt*: Gloria. Benedictus qui vos (8) magnificat, Sacerdotes ſancti; Benedictus qui vos clarificat Atlethæ veritatis; Adorandus Spiritus ſanctus, cujus virtute compreſſiſtis omnem hæreſim, & congregaſtis oves rationales Jeſu Redemptoris noſtri, quas acquiſivit ſanguine ſuo pretioſo ſuper Golgotham: Sancte

ſte Ignati, & Polycarpe, & Athanaſi, & Gregori, & Baſili, & Chryſoſthome, & Ambroſi; Architecti Eccleſiæ ſanctæ, ac diſpenſatores myſteriorum Dei, Doctoreſque cultus veritatis. Preces eorum ſint nobis murus, & propugnaculum.

Et orant. Te, munerum dator, & donorum effuſus largitor, mare magnum omnium divitiarum, deprecamur, da, Domine, ſervo tuo huic, qui ſegregatus eſt in miniſterium tuum, divitias incommenſurabiles gratiæ tuæ, & da in manibus ejus virgam extenſam ſummi Sacerdotii, ut per eam regat populum tuum, & paſcat oves ſibi concreditas, cum omni timore Dei, & puritate, omnibus diebus vitæ ſuæ ſuper terram. Largitor donorum ſpiritualium, Domine omnium.



Et dicunt Canones (9), *Unuſquiſque ordine ſuo*: *Canon*. In multitudine. Beatus homo, quem tu; *vel*. Qui benedixiſti Diſcipulis tuis in Betania tempore aſcenſionis tuæ, extende dexteram tuam, & benedic ſervo tuo in virtute gratiæ tuæ, ut ſit Paſtor, & viſitator ovium gregis tui.

Eodem. Chriſte, qui Petro dediſti claves excelſi, & profundi, Tu Domine concede virtutem auxilii tui ſervo tuo, quem elegiſti, ut dono Spiritus ſancti miniſterium exhibeat Gregi tuo.

Alius tono: Jamdudum. Fiat dextera manus tua: Gratiam Spiritus ſancti, quam accepit Simeon filius columbæ, ipſam accipiat Adorator tuus, ut regat Eccleſiam tuam cum decore, & gloria.

Eodem. Salvator noſter filio Columbæ mandaſti

ut

ut paſceret gregem tuum, etiam nunc præſta virtutem Adoratori tuo, ut regat populum tuum, tuamque Eccleſiam.

Quoniam præveniſti eum. Chriſte, qui talentis negotiationis aſſimilaſti dona tua, da ſervo tuo lucrum abundans de negotiatione ſua, vireſque & robur donorum, gradum ſuper gradum.

Eodem. Spiritus ſancte, qui in Eccleſia conſtituit gradus Sacerdotii, reple donis Præſulem, & Electum ſervum tuum, quem ſegregaſti; & da ei virtutem ſuper virtutem, ac gloriam ſuper gloriam.

Eodem. In Sacerdotio domus Simonis, Sacerdotem agat ſervus tuus, Redemptor noſter; & cum puritate mereatur cultum (*operam*) exhibere in medio domus ſanctitatis, atque indulgentiam concedere ovibus Gregis ſui.

Eodem.

ܒܗ̇ܘ. ܦܪܘܩܢ
ܕܠܫܡܥܘܢ ܝܗܒ ܩܠܝܕܐ
ܕܪܘܡܐ ܘܕܥܘܡܩܐ ܕܢܐܣܘܪ
ܘܢܫܪܐ ܒܛܟܣܐ ܕܦܐܐ
ܘܒܟܐܢܘܬܐ ܕܘܠܐ. ܢܫܦܪ ܒܗ
ܒܪܥܝܐ ܕܡܪܥܝܬܐ ܕܚܫܘܟ
ܕܙܒܝܢܐ ܘܦܪܝܩܐ.
ܒܩܠܐ ܛܘܒܝܗܘܢ. ܫܕܪ ܢܘܗܪܟ
ܘܫܪܪܟ.
ܐܕܢܚ ܡܪܝܐ ܙܠܝܩܐ
ܕܢܘܗܪܟ. ܘܦܫܘܛ ܙܗܝܪܘܬܐ
ܕܦܪܨܘܦܟ ܥܠ ܥܒܕܟ : ܕܓܒܝܬܝܗܝ
ܒܫܪܪܟ ܠܡܗܘܐ : ܪܥܝܐ ܠܡܪܥܝܬܟ
ܐܫܠܡ ܒܐܝܕܘܗܝ ܫܘܠܛܢܟ. ܘܣܦܣܪܐ
ܕܡܠܬܐ ܕܦܘܩܕܢܟ. ܕܢܪܥܐ ܥܢܐ
ܕܡܪܥܝܬܟ ܐܝܟ ܨܒܝܢܐ ܕܡܪܘܬܟ.
ܗܒ ܠܗ ܚܝܠܐ ܡܢ ܚܝܠܟ. ܘܥܘܕܪܢܐ
ܒܚܝܠ ܝܡܝܢܟ ܕܢܒܪܟ ܐܝܟ
ܨܒܝܢܟ. ܘܢܗܘܐ ܠܫܘܒܚܐ
ܕܫܡܟ.
ܒܗ̇ܘ.

Eodem. Salvator noster, qui Simoni dedit claves (*a*) altitudinis, & profunditatis, ut ligaret, & solveret ordine decoro, & justitia debita: complaceat tibi in hoc Pastore gregis tui passione tua redempti, & liberati.

Tono. *Beatus qui*. Mitte lucem tuam, & fidem tuam.

Oriri fac Domine splendorem lucis tuæ, & expande claritatem vultus tui super servum tuum in veritate tua electum, ut sit Pastor gregis tui. Trade in manum ejus potestatem tuam, & gladium verbi mandati tui, ut pascat oves gregis tui secundum voluntatem dominationis tuæ. Da ei virtutem de virtute tua, & auxilium virtute dexteræ tuæ, ut benedicat juxta voluntatem tuam, sitque navis ad gloriam tuam.

Eodem.

(*a*) Petro Primatum honoris, at jurisdictionis in Ecclesiam concessum, vel ipsi Nestoriani fatentur.

Eodem. O qui miſertus eſt, & vocavit ſervum ſuum, ut eſſet Paſtor Populi ſui, & ſegregavit eum, ac ſanctificavit per clementiam ſuam, ut indulgentiam, & propitiationem præſtaret populo ſuo, & Eccleſiæ ſuæ; auxilium tuum Domine præbe ei, ut per ipſum proſpere agat in miniſterio ſuo, atque virgam fortitudinis trade in manu ejus, ut non deprimatur in certamine, & ſollicitudine laboris ſui; & corrobora eum, ut paſcat oves ſuas, eumque non pigeat integritatis ſuæ, & omnibus diebus ſuis ſe gerat, ut tibi placuerit, & ipſi utile erit.

ܕܘ . ܐ ܘܒܡܪ ܡܚܝܢ
ܠܥܒܕܗ ܘܒܪܝܐ ܘܩܕܫ
ܠܥܡܝܗ ܕܢܗܘܐ ܪܥܝܐ . ܕܡܚܝܢ
ܒܒܝܬ ܚܣܕܗ . ܘܫܒܩ
ܥܠܡܐ ܥܠܝܠܗ . ܕܡܘܢ
ܡܢ ܟܠ ܚܒ . ܘܕܘ
ܫܠܡ ܟܠܗ .
ܡܫܠ ܘܥܡ ܐܝ
ܚܠܝܗ . ܐܠ ܢܥܕ ܚܠ
ܥܡܟ . ܡܫܒܚ
ܘܢܒܠ ܥܒܕ ܕܘ . ܕܝ ܠ
ܩܪܒ ܥܡܢ . ܡܢ ܒܥ
ܒܝ ܡܫܬ ܐܡ
ܘܢܥܘ ܠܟ ܡܟܝܢ
ܕܘ . ܐ

ܕܘ . ܟܡܒܢ ܘܢܥܒ
ܥܒܝܪ . ܡܒܝܟ
ܟܘܠ . ܟܐܒܥ ܟܒ
ܥܒܝܪ . ܟܥܒ ܥܒ
ܟܥܒ . ܒܟ ܕܘ
ܥܒܝ ܥܒܘܟ
ܒܡܚܒ ܥܠ ܥܒ
ܘܒܥ ܐܡ ܟܥܒ
ܥܒܝ ܘܥܒܟ .

ܕܘ .

Eodem. Pontifici, quem dextera tua ſegregavit, & divinitas tua elegit, & conſtituit in Eccleſia ſponſa tua in lampadem illuminantem populum tuum; da ei, Domine, donum tuum, eumque ſanctifica virtute dominationis tuæ, ut regat ſecundum voluntatem tuam populum tuum, & oves Gregis tui. *Eo-*

ܚܘ . ܘܕܡ ܘܐ
ܘܒܪܟܡ . ܡܪ
ܫܒܚܐ ܘܬܫ . ܐܒ
ܘܐܘ ܘ ܐܠܗ : ܐܠܗ
ܒܚܐ ܘܐܠܗ . ܡܪ
ܡܕܐ ܘܒܘܬܚ : ܐ
ܚܕ ܘܡܪ ܡܐ ܡܪ .
ܐܠܗ ܕܒܗ ܕܒ .
ܐ ܚ ܡܪ ܡ :
ܐ ܒ ܚ ܡ :
ܐ ܚ ܡ ܐ . ܐ
ܐ ܚ ܡ .
ܐ ܚ ܡ ܐ .
ܐ ܚ ܡ .
ܐ ܚ ܡ .
ܐ ܚ ܡ

ſtata eſt, & omnem decorem ordinis tui expande, & effunde ſuper caput ſervi tui, qui electus eſt ad paſcendum gregem tuum ſecundum voluntatem magnitudinis tuæ.

Eodem. Corona pulchritudinis tuæ ornata, & gloria, ac ſplendore decoris tui, & omni ordine Pontificatus tui corona Domine ſervum tuum, & Electum tuum, quem ſegregavit dextera tua; & unge eum unguento ſanctitatis tuæ, & indue eum ſtola gloriæ tuæ, vaſque electum fac eum tibi, quod conveniat honori miniſterii tui; & fiant per eum ſigna tua, virtutes, & miracula tua: ut ipſo medio magnificetur nomen tuum, & cauſa ipſius multiplicetur laus tua.

Qui paſcis Iſrael. Chriſte Paſtor cæleſtis, qui tradidit animam ſuam pro ovibus emptis ſanguine ſuo

ſuo propitiante, redemptis paſſione ſua vivificante. Segrega, & elige ſervum tuum hunc, ut ſit Paſtor, & Præſul, & providus Gubernator *talis* loci, & Ditionis, & gubernet omnia negotia, ut convenit, & canonibus conſtitutum eſt, appareatque omnis rei honeſtæ & juſtæ æmulus, & zelator.

Eodem. Chriſte maximus Paſtorum, qui ſanguine ſuo emit Gregem ſuum, eumque liberavit de jugo ſervitutis Mali, mortis, & peccati: Crede ſervo tuo paſtionem Agnorum filiorum Baptiſmi, & ovium, atque etiam ovicularum Trinitatis ſigno notatorum, ut paſcat eos in juſtitia, & regat in rectitudine, & de iis judicium proferat cum victoria (*integritate*), ut

honeſtas poſtulat, & in præclaris niteat coram populis & gentibus.

Fiat

Fiat dextera manus tua. Chriſte conſummator Sacerdotum, & dator omnium munerum, elige ſervum tuum electione juſtorum, & eum perfice pulchritudinibus cæleſtibus, ut paſcat in paſcuis ſpiritualibus greges paſſione tua emptos, & liberet eos a zizaniis, & lupis doloſis, & fraudulentis, ut cum adveneris in plenitudine temporum, hæreditate accipiat vitam beatam,

ܬܗܘܐ ܐܝܕܟ ܝܡܝܢܐ . ܡܫܠܡܢܐ ܕܟܠܗ ܡܫܚܐ ܘܡܝܗܒ ܟܠ ܡܢ̈ܐ ܒܚܪ ܠܥܒܕܟ ܒܒܚܝܪܘܬܐ ܕܙܕܝܩ̈ܐ ܘܠܐܬܪ̈ܐ ܠܗ ܒܫܦܪ̈ܐ ܕܫܘܒܚܐ ܕܥܠܡ̈ܐ ܕܢܪܥܐ ܒܡܪ̈ܥܝ ܪܘܚ̈ܢܝ ܥܕ̈ܪ ܕܐܬܝܬ ܒܡܠ̈ܝ ܙܒܢ̈ܐ ܕܐܦ̈ܝ ܒܗ ܠܚܝ̈ܐ ܕܢܣܒ ܒܝܪ̈ܬܐ ܕܥܠ̈ܡ̈ܐ ܕܐܬܝ

ܐܠܗܢ ܕܫܡܝܐ ܡܫܪܝ ܥܠ ܥܒܕܟ ܘܥܠ ܡܕܒܪܢܐ ܕܝܠܟ ܘܥܠ ܥܡܐ ܕܝܠܟ ܕܒܟ ܐܬܩܪܝ ܫܡܗ ܐܬܐ ܘܥܠ ܒܝܬ ܩܘܕܫܐ ܗܢܐ ܕܫܡܟ ܥܠܝܗ ܐܬܩܪܐ .

ܡܪܝ ܐܒܐ ܘܐܠܗܐ . ܐܬܐ ܪܘܚ ܛܒܬܐ ܕܡܢ ܩܕܡܟ ܘܐܬܐ ܪܘܚ ܚܟܡܬܐ ܘܡܠܦܢܘܬܐ ܘܐܬܐ ܪܘܚ ܥܕܬܐ ܘܫܠܡܐ ܘܐܬܐ ܪܘܚ ܚܣܝܢ ܘܡܪܚܡ ܘܐܬܐ ܪܘܚ ܕܠܐ ܬܬܟܪ ܘܐܬܐ ܪܘܚ ܕܠܐ ܡܫܬܘܠ ܘܐܬܐ ܪܘܚ ܕܠܐ ܡܬܩܢܐ

Abſoluto Canone, non precantur; ſed accipit Evangelium Præſul, & imponit illud dorſo ejus (10), *qui ordinatur, itaut quis ipſum ſuſtineat. Dicit autem Archidiaconus.* Stemus parati. *Tum legunt hanc lectionem, dum Epiſcopus, aut Catholicus ordinatur.* Evangelium ſanctum (11) D. N. J. Chriſti: Prædicatio Matthæi.

Cum autem veniſſet Jeſus in partes Cæſareæ Philippi, interrogavit Diſcipulos ſuos, & dixit. Quid dicunt de me homines, quod ego ſim... Non prævalebunt ei.

Cum autem (*a*) prandiſſent, dicit Jeſu Simoni Cephæ. Simon, filius columbæ, diligis me... paſce mihi oves meas. Tibi dabo claves (*b*) Regni... erit ſolutum in cælo.

Scito

(*a*) Ex Johanne. (*b*) Ex Matthæo.

Scito autem, quod cum imponitur Evangelium dorſo ejus, qui ordinatur, omnes Epiſcopi, qui ibi adſunt, imponunt ſuper eum manus ſuas ex utroque latere, donec omnes preces abſolutæ fuerint; & tunc ab eo recedunt. Cum autem abſolutum fuerit Evangelium, imponit illud dorſo ejus. Archidiaconus vero intonat. Pax. *Præſul dicit.*

Gratia D. N. J.C. (12), quæ ſemper deficientia ſupplet, beneplacito Dei Patris, & Filii ejus unigeniti, & virtute Spiritus ſancti ab omnibus adorandi, bonorum omnium largitoris: Etiam nunc, Domine Deus, eligit in Eccleſia tua Orientis, Coches matris Eccleſiarum Seleuciæ, & Cteſiphontis Urbium Arſaciarum (13), *talem* Presbyterum, & Monachum, in

opus magnum Epiſcopatus. Precemur omnes pro eo, ut

ut adveniat ſuper eum donum tuum, Deus, eumque virtute perficiat, & conſummet in miniſterio Epiſcopatus, gratia, & miſerationibus Unigeniti tui: cui, & tibi, & Spiritui ſancto laus, honor, gratiarum actio, & adoratio. *Signat ſeipſum, & vocem attollit.* Nunc, & ſemper. *Reſpondent.* Amen.

Archidiaconus intonat: Pax. *Præſul dicit imponens dexteram manum ſuam capiti ejus, qui ordinatur, ſiniſtram vero extendens more precantis.*

Deus noſter bone, (14) & benefactor. *Repete*; Ille, qui dives eſt in miſerationibus ſuis, quæ menſurari, & definiri non poſſunt, & abundans in gratia divinitatis ſuæ; Tu, Domine, in multitudine gratiæ tuæ ineffabilis poſuiſti nos, ut eſſemus mediatores iſtorum donorum tuorum divinorum, & cæle-

ܕܫܡܝܐ ܕܢܚܘܢ ܩܕܡ ܡܪܝܘܬܟ ܐܠܗܐ ܫܒܝܚܐ ܕܟܠ ܡܫܒܚ ܠܗ ܐܝܬ ܠܟ ܥܒܕܐ ܗܢܐ ܕܒܪܝܬ ܠܡܗܘ ܫܠܝܚܐ ܕܐܬ ܠܗ ܫܘܠܛܢ ܠܡܗܘ ܕܢܗܘܐ ܟܗܢܐ ܘܠܡܩܪܒ ܩܘܪܒܢ ܘܠܡܫܪܝ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܒܥܕܬ ܟܢܝܫܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܟܠ ܥܕܬ ܡܫܝܚܝ ܕܫܪܝܪܐ ܐܝܬ ܠܗ ܒܝܕ ܡܫܝܚܘܬ ܐܝܕܝ ܕܫܠܝܚܘܬ ܩܕܝܫܐ ܕܝܠܟ ܕܐܝܬ ܠܟ ܒܗ ܫܘܠܛܢ ܠܡܫܪܝ ܘܠܡܩܕܫ ܘܠܡܒܪܟ

electus in Ecclesia tua sancta, & unanimi omnium nostrum, tuæque divinitati grato consensu, charitatisque, & honoris vinculo, oramus omnes conjunctim pro eo, ut veniat super eum, *Repete*. Gratia Spiritus sancti illapsu, & inhabitatione divina: perficiatque, & sanctificet, & consummet eum in opere perfecto hujus ministerii magni, & excellentis, ad quod præsentatur, gratia, & miserationibus Unigeniti tui, Nunc.

Et signat super caput ejus, qui ordinatur. Respondent: Amen: *Deinde dicit Archidiaconus.*

Tollite in altum mentes vestras, & postulate misericordiam a Deo clemente pro *tali* Presbytero, & monacho, qui ordinatur, & constituitur Episcopus ad Ecclesiam Dei, quæ est in loco *N. aut*, ad Civitatem, *aut*, Diœcesim *N.*

ܘܒܟܠ ܫܘܠܛܢܗ . ܕܒܗ
ܐܬܦܪܫ .

ܡܬܒܪܟ ܐܢܬ . ܐܠܗܐ ܡܪܝ
ܟܠ . ܕܒܪܝܬ ܟܠ ܒܚܝܠ ܡܠܬܟ .
ܘܫܠܛ ܒܟܠ ܒܫܘܝܬܐ ܕܨܒܝܢܟ .
ܗܘ ܕܒܟܠ ܥܕܢ ܡܛܝܒ ܠܢ
ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܒܥܝܢ ܐܢܚܢ ܘܡܚܫܒܝܢ
ܟܚܝܠ ܚܣܝܢܟ ܪܒ ܗܘ ܕܫܪܝܬ
ܥܡܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܒܪ ܡܪܢ ܐܠܗܐ
ܘܦܪܩܠܛ ܒܕܡܐ ܕܒܪ ܐܠܗܐ
ܚܝܐ ܕܝܠܟ ܐܬܬ ܘܝܬܒ ܒܥܡܐ
ܩܕܝܫܬܐ ܕܝܠܟ ܘܐܬ ܩܕܝܫ ܠܥܡܐ
ܕܝܠܟ ܘܐܬ ܡܫܪܝ ܠܟ ܒܟܠ ܫܘܠܛܢ
ܡܠܟܘܬܟ ܘܐܬ ܡܫܪܝ ܠܟ ܒܟܠ
ܫܘܠܛܢ ܡܠܟܘܬܟ ܘܐܬ ܡܫܪܝ ܠܟ
ܒܟܠ ܫܘܠܛܢ ܡܠܟܘܬܟ ܘܐܬ ܡܫܪܝ
ܠܟ ܒܟܠ ܫܘܠܛܢ ܡܠܟܘܬܟ ܘܐܬ
ܡܫܪܝ ܠܟ ܒܟܠ ܫܘܠܛܢ ܡܠܟܘܬܟ
ܘܐܬ ܡܫܪܝ ܠܟ ܒܟܠ ܫܘܠܛܢ ܡܠܟ
ܘܬܟ ܘܐܬ ܡܫܪܝ ܠܟ ܒܟܠ ܫܘܠ
ܛܢ ܡܠܟܘܬܟ ܘܐܬ ܡܫܪܝ ܠܟ ܒ
ܟܠ ܫܘܠܛܢ ܡܠܟܘܬܟ ܘܐܬ ܡ
ܫܪܝ ܠܟ ܒܟܠ ܫܘܠܛܢ ܡ
ܠܟܘܬܟ ܘ

omnemque ejus ditionem, ad quam ſegregatus eſt. Orate pro eo.

Reſpondet populus: Decet et convenit. *Semel pro Epiſcopo*(17). *Et recitat Præſul orationem hanc, quæ tam ſuper Epiſcopos, quam ſuper Metropolitas recitatur.*

Deus magne (18), qui a ſæculo, occultorum cognitor. *Repete*. Ille, qui creavit omnia virtute verbi ſui; & tenet, ac regit omnia nutu placido voluntatis ſuæ: qui omni tempore præſtat nobis multo plura, quam petimus, & cogitamus, ſecundum virtutem ſuam magnam, quæ perficitur in nobis; Ille, qui ſanguine pretioſo D. N. J. Chriſti poſſediſti Eccleſiam tuam ſanctam, & conſtituiſti in ea Prophetas, & Apoſtolos, et Doctores, & Sacerdotes, quorum manibus multiplicaretur ſcientia veritatis, quam Filius tuus unigenitus dedit generi hominum. Tu, Domine, etiam nunc illumina faciem

tuam

tuam ſuper hunc ſervum tuum, & elige eum electione ſancta per Spiritus ſancti unctionem, ut ſit tibi Sacerdos perfectus, qui æmuletur ſummum Pontificem veritatis, qui animam ſuam poſuit pro nobis; & confirma eum per Spiritum ſanctum in miniſterio hoc ſancto ad quod accedit. Tu Pater ſancte, & laudabilis, da illi, ut viſitet greges tuos cum rectitudine cordis ſui, cum lingua ejus prædicet verbum rectum veritatis, ut ſit lumen iis, qui in tenebris ſedent, & corrector inſipientium & doctor puerorum. Et indue eum, Domine, virtute ex alto, ut liget, & ſolvat in Cælo, & in terra; et per manus ejus impoſitionem curentur infirmi, fiantque per eum virtutes in nomine tuo ſancto ad laudem divinitatis tuæ; et faciat virtute doni tui Præsbyte-

ros, & Diaconos, & Diaconiſſas, & Hypodiaconos, & Lectores in miniſterium Eccleſiæ tuæ ſanctæ ſecundum voluntatem Divinitatis tuæ; & congreget, paſcat, & augeat populum tuum, & oves gregis tui, perficiatque animas ſibi creditas in omni timore Dei, & caſtitate; ſtetque confidenter coram Tribunali tuo tremendo, dignuſque fiat mercedem illam recipere, quæ promiſſa eſt Oeconomis diligentibus, gratia, & miſerationibus Unigeniti Filii tui, cui, & tibi, & Spiritui ſancto laus, honor, confeſſio, & adoratio. *Et attollit vocem ſuam, ſignans caput ejus in crucis modum, ac dicens*: Nunc, et ſemper. *Reſpondent*: Amen. *Qui verò ordinatur adorat uſque ad terram* (19): *& ſurgit rectus, poſtquam Epiſcopi dexteras ſuas a lateribus ejus removerunt, librum-*

brumque Evangelii unacum eo, a quo ſuſtinebatur, ab ejus dorſo elevarunt. Tum Maaphram, & Birunam ſuper Altari ponunt: Virga autem ad parietem ſtat juxta Altare; quas omnes Archidiaconus affert. Præſul autem circumdat eum Maaphra, & induit Biruna, & tradit virgam in manum ejus dexteram: & ſignat eum Crucis ſigno (20) *in fronte pollice ſuo dextro, ab inferiori parte ad ſuperiorem, & a dextra ad ſiniſtram dicens.*

Segregatus eſt, ſanctificatus eſt, perfectus eſt, conſecratus eſt talis in opus magnum Epiſcopatus loci N. aut civitatis, aut diæceſis *talis*, et omnis ditionis ejus: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus ſancti.

Reſpondent: Amen: *Et oſculatur eum Præſul in capite* (21), *benedicens ei voce, quam is audire poſſit,*

ﻣﺤﺨﻮﺭ ﻟﻪ ﺣﻤﻼ ﻭﻫﻮ ﻳﻘﻮﻝ
ﻟﻪ . ﻳﻘﻮﻡ ﺍﻟﻤﻘﺪﻡ ﺍﻟﻰ
ﺍﻟﺸﺮﻕ ﻭﻳﻘﻒ ﻋﻠﻰ ﻳﻤﻴﻦ
ﺍﻟﻤﺬﺑﺢ .

ﺛﻢ ﻳﺄﺗﻲ ﺍﻟﻤﻘﺪﻡ
ﻟﻪ ﻭﻳﺄﺧﺬ ﻣﻦ ﻳﺪﻩ
ﺍﻟﻌﺼﺎ ﻭﻫﻮ ﻳﺴﻠﻢ
ﻋﻠﻰ ﺍﻟﻤﻘﺪﻡ ﻭﻳﺠﻠﺲ
ﻓﻲ ﻣﻮﺿﻌﻪ ﻭﻳﺄﺗﻲ
ﺍﻟﻤﻘﺪﻡ ﻟﻪ ﻭﻳﺄﺧﺬ
ﻣﻦ ﻳﺪﻩ ﺍﻟﻌﺼﺎ ﻭﻫﻮ
ﻳﺴﻠﻢ ﻋﻠﻰ ﺍﻟﻤﻘﺪﻡ
ﻭﻳﺠﻠﺲ ﻓﻲ ﻣﻮﺿﻌﻪ
ﻭﻳﺄﺗﻲ ﺍﻟﻤﻘﺪﻡ ﻟﻪ
ﻭﻳﺄﺧﺬ ﻣﻦ ﻳﺪﻩ
ﺍﻟﻌﺼﺎ ﻭﻫﻮ ﻳﺴﻠﻢ
ﻋﻠﻰ ﺍﻟﻤﻘﺪﻡ ﻭﻳﺠﻠﺲ
ﻓﻲ ﻣﻮﺿﻌﻪ ﻭﻳﺄﺗﻲ
ﺍﻟﻤﻘﺪﻡ ﻟﻪ ﻭﻳﺄﺧﺬ
ﻣﻦ ﻳﺪﻩ ﺍﻟﻌﺼﺎ ﻭﻫﻮ
ﻳﺴﻠﻢ ﻋﻠﻰ ﺍﻟﻤﻘﺪﻡ
ﻭﻳﺠﻠﺲ ﻓﻲ ﻣﻮﺿﻌﻪ
ﻭﻳﺄﺗﻲ ﺍﻟﻤﻘﺪﻡ ﻟﻪ
ﻭﻳﺄﺧﺬ ﻣﻦ ﻳﺪﻩ
ﺍﻟﻌﺼﺎ ﻭﻫﻮ ﻳﺴﻠﻢ
ﻋﻠﻰ ﺍﻟﻤﻘﺪﻡ ﻭﻳﺠﻠﺲ
ﻓﻲ

ficem, & Ordinatum.

sit, ac dicens. Perficiat te Deus ad opus justitiæ usque in sæculum.

Postea apprehendit illius manum, & collocat eum in ordine suo (22) *ad dexteram suam, vel sinistram secundum præcessionem sedis ejus. Tum accedunt Presbyteri, & Diaconi, & salutant Præsulem, & eum, qui ordinatus est. Et incipit Præsul Canticum* (23) *Cancellorum. Et dum dicunt canticum, salutat Præsul Altare, & convertit faciem suam ad Occidentem. Deinde Archidiaconus adducit Ordinatum ad Altare, Baculum de manu ejus tollens; ille vero salutat Altare, & Pontificem, statque in loco suo cum decore. Tum reddit illi Baculum suum. Qui verò intra Cancellos sunt, accedunt unusquisque secundum ordinem suum, & salutant Altare, Pontificem, & Ordinatum. Egrediuntur autem Presbyteri*

teri & Diaconi ad Bema, portantes luminaria, & thuribula, unuſque de Presbyteris portat Crucem, & Pontifex procedit cum eo. Dumque Pontifex dicit, Gloria, aſcendunt ad Bema, & Archidiaconus intonat: Pax: Pontifex vero orat dicens: Tibi Domine (24), & Sanctus: Stant autem Epiſcopi, unuſquiſque juxta primatum Sedis ſuæ. Dumque lectio (a) ſancta incobatur, accedit Archidiaconus, omniumque Baculos tollens, in Patriarchium (domum Patrum) defert, præter Baculum Præſulis.

Scito autem, quod lex erat Antiquis, ut ab eo tempore, quo conſecrandus Epiſcopus ad Altare accedebat, donec abſolveretur poſtrema oratio, quæ eſt: Deus magne, qui a ſæculo: Evangelium ſuper dorſum ejus ponе

(a) Prima, habent alii Codices.



Metropolita ad Eccleſiam

neretur, nec tolleretur; ſed hanc conſuetudinem abrogarunt (25) Patriarchæ. Sic quoque Canonem, cujus initium: Chriſte, qui ſervis ſuis: *dicebant Antiqui. Sed hunc etiam abrogarunt Patres Patriarchæ, ejuſque loco juſſerunt dici Canticum Cancellorum, cum quo ad Bema egrediuntur.*

Atque ita perficitur Ordinatio Epiſcoporum, qui recens ordinantur a Metropolita, aut Patriarcha. Hic etiam Ordo eodem modo obſervatur, quum Metropolitæ (26) *Ordinantur. Verum addunt in Ordinatione Metropolitæ in oratione*: Deus magne, qui a ſæculo: *hæc verba*: Ut faciat virtute doni tui Epiſcopos, et Presbyteros, et Diaconos etc.: *Et prædicat eum Archidiaconus ſic*: Qui ordinatur, et conſtituitur etc.: *Et Reſpondent*: Decet,

cet, et convenit: *Bis in Ordinatione Metropolitæ. His addunt ſex Metropolitas, Elam, ſcilicet, & Sobæ, & Perath-Meſenæ, & Aſſyriæ, & Beth-Garmæ, & Halavanæ. Per ipſum quoque perficitur Electio Patriarchæ, poſtquam ex hoc ſæculo migraverimus* (27). *Et hæc diluciditionis cauſa adnotavimus. Explicit.*

---

(1) Dominicum diem conſecrationi Epiſcoporum præſcribunt Pontificalia Syrorum, Græcorum, Latinorum: idque ſibi volunt *Can.* 4. Nicæn. & 19. Antiochen. quibus præcipitur: *Ut Epiſcopus non ordinetur abſque Synodo.* Synodus enim Dominico, aut ſaltem feſto die celebrari conſuevit.

(2) Morinus minus recte; *Hymni cantandi, nempe, Ante Apoſtolos ſanctos Trinitas.* In officio Veſpertino, antequam canatur Ode, quæ incipit: *Apoſtoli ſancti*: in conſecratione Epiſcopi canitur unus ex hiſce hymnis, quorum initium: *Trinitas*: *&, Apoſtoli ſancti Doctores Fidei*: nulla vero incipit, ut Morinus reddit: *Ante Apoſtolos ſanctos Trinitas.*

(3) Georgius Arbelen. In libro declarationis officiorum Eccleſiaſticorum *cap.* 17. *lib.* 2. inquirit, *cur abſoluto officio dicatur Canticon Baſilicon? Et quid ſibi velit hoc nomen? & quare in Feſto antea dicantur Jaculatoriæ, deinde canticum?* Reſpondet, quod, poſtquam Imperatores Chriſtianam fidem ſuſceperunt, cæptum eſt Canticum pro iis in Eccleſia cani, quod *Baſilicon*, hoc eſt, regium adpellatur. Hanc Romæorum conſuetudinem Jeſujabus in Neſtorianorum officium tranſtulit: ſed cum Imperatores infideles eſſent, Arabum, nimirum, Perſarumque Reges, pro Imperatore Chriſtum ſtatuit, ejuſque Crucem, dum Canticum Baſilicon intonatur, e Bemate ad Cancellos deferri juſſit.

(4) Pſalmorum in officio Veſpertino, Nocturno, & Matutino diſtributionem vid. apud Aſſemanum *tom.* 3. *Bibliot. pag.* 291. Mautbas, ſeu Seſſiones Syri vocant tres officii nocturni partes, quæ Græcis *Cathiſmata* dicuntur Eas Morinus *Cathedram* male interpretatur, ut & reliqua ex noſtra verſione emendanda. *Theſaurus Evangeliſtarum* eſt libellus continens odas ſeu cantus de Evangeliſtis.

(5) Ordinatio Metropolitarum, nec non Epiſcoporum Provinciæ magnæ, ad Patriarcham ſpectat: reliquorum vero uniuſcujuſque Provinciæ Metropolitanæ, ad Metropolitam. Vide Patruum *tom.* 4. *Biblioth. c.* 11. & 12.

(6) His verbis indicari videtur, apud Syros Neſtorianos adhuc vigere, vel ſaltem viguiſſe antiquam primitivæ Eccleſiæ conſuetudinem de Clericis, ut ajunt, per ſaltum promotis; quæ poſtea jure Eccleſiaſtico abrogata fuit, prohibente, ne quis inferioribus prætermiſſis ad ſuperiorem Ordinem promoveatur. Nam [ut docet S. Th. *in* IV. *diſt.* 24. *quæſt.* 1. *art.* 2. *quæſtiunc.* 5.]„ Non eſt de idoneitate ſuperiorum Ordinum, quod „ aliquis minores ordines prius habeat, quia poteſtates ſunt diſtinctæ; & „ una, quantum eſt de ſui ratione, non requirit aliam in eodem ſubjecto; „ & ideo etiam in primitiva Eccleſia aliqui ordinabantur in Presbyteros, „ qui prius inferiores ordines non ſuſceperant; & tamen poterant omnia, „ quæ inferiores ordines poſſunt; quia inferior poteſtas comprehenditur in „ ſuperiori virtute, ſicut ſenſus in intellectu, & Ducatus in Regno. Sed „ poſtea per Conſtitutionem Eccleſiæ determinatum eſt, quod ad majores ſe non ingerat, qui prius in minoribus officiis ſe non humiliavit. Et „ inde eſt, quod qui ordinantur per ſaltum, ſecundum Canones non re„ ordinantur; ſed id, quod omiſſum fuerat de præcedentibus ordinibus, „ eis confertur„: Cæterum in ſeqq. electus numquam Diaconus, ſed Presbyter ſemper appellatur.

(7) His Syriaci Pontificalis verbis indicantur duo pſalmi, nimirum 88. cujus initium apud Latinos, *Miſericordias Domini in æternum cantabo*, uſque ad verſum illum, *Et teſtis in cælo Fidelis*; & 131. qui incipit, *Memento Domine David*. Alteruter canendus eo tono, qui Syris dicitur *Ghiurá*, hoc eſt, *peregrinus*. Sic & Græci tonos ſuos in divinis officiis deſignare ſolent, initialia primitivi toni verba indicantes.

(8) In hoc cantu a Neſtorianis inter SS. PP. commemorantur Ignatius, Polycarpus, Athanaſius, Euſtathius, Meletius, Flavianus (Morinus pro Flaviano habet *Paulinum*) Gregorius *Nazianzenus*, Baſilius, Gregorius *Nyſſenus*, Ambroſius, Diodorus, Joannes *Chryſoſtomus*, Theodorus *Mopſuveſtenus*, & Alexander *Hierapolitanus*, quorum duo poſtremi ab Eccleſia Catholica damnati ſunt. Joſephus I. Chaldæorum Patriarcha

in

in deſcripto a ſe Pontificali hos Patres tantum nominat: Ignatium, Polycarpum, Athanaſium, Gregorium, Baſilium, Chryſoſthomum, & Ambroſium. Obiter hic adverto, quod Neſtoriani recipiunt Diodorum Tarſenſem, Theodorum Mopſvveſtenum, & Neſtorium Conſtantinopolitanum Patriarcham, per quos Neſtoriana hæreſis propagata fuit; horum commemorationem in divinis officiis colunt, feſtumque diem quotannis agunt feria 6. poſt Dominicam 5. Epiphaniæ: ubi Patres, Doctoreſque ſuos illos appellant. Thomas a Jeſu *de converſione omnium gentium pag.* 354. *Dioſcori* nomen obtendit loco *Diodori*; Dioſcorum enim, utpote Monophyſitam, deteſtantur Neſtoriani. In Hiſtoria Goenſis Archiepiſcopi ab Antonio Gouvea Auguſtiniano ſcripta, jure notanda ſunt hæc verba Archiepiſcopi: *Damno & anathematizo.... hæreſim Neſtorianorum, unacum perverſo ejus auctore Neſtorio, ejuſque falſis Doctoribus Theodoro, & Diodoro*: Nam primò, Diodorus non fuit ſectator Neſtorii, ſed Neſtorius Diodori. Deinde Diodorus in pace Eccleſiæ obiit, nec ejus perſona, ſed error quoad Incarnationis myſterium a Patribus damnatus eſt, ut docti norunt. Item admittunt *Barſumam Niſibenum*, qui Neſtorii errores in oriente propagavit; *Ibam* pariter, Theodoritum, & Joannem Antiochenum, cæteroſque, qui pro Neſtorio adverſus S. Cyrillum ſteterunt, licet mutata poſtea ſententia Neſtorium ejuſque doctrinam damnarint. Cyrillum ſane damnant, & anathematizant. Vid. Aſſemanum *tom* 4. *Bibliot. pag.* 224. *& ſeqq.*

(9) Ita vocantur cantus: ſeptem autem hic ſunt, quorum priores tres canuntur tono, cujus initium: *In multitudine*; quatuor poſteriores tono, *Beatus qui*. Omnibus vero præmittitur Antiphona ex Pſalmis: videlicet, primo Canoni hæc: *Beatus homo, quem tu*, ſupple, *erudieris Domine, & de lege tua docueris eum*: ſecundo & ſeptimo Canoni, *fiat dextera manus tua*: Tertio. *quoniam prævenisti eum*: Quarto: *Mitte lucem tuam, & fidem tuam*: Quinto, *Domine Deus virtutum exaudi orationem meam*: Sexto, *Qui paſcis Iſrael*. Unuſquiſque Canon, ſeu Cantus, in plures Strophas dividitur, quæ hac voce indicantur ⟵ hoc eſt, *eodem tono*. Morinus ubique non bene vertit: *Item*.

(10) Evangelii ſuper verticem, & inter ſcapulas conſecrandi impoſitionem Rituales antiqui, & recentes Syriaci, Græci, Latini commemorant; etſi eam cæremoniam nonnullæ olim Eccleſiæ omiſerint, ut recte obſervat Morinus *de Sacr. Ordin. P.* 3. *exercit.* 1. *cap.* 1. *num.* 5. *&* 6. Sed in hac Codicis Evangelii impoſitione præter triplicem, quam idem Morinus *n.* 9. obſervat, varietatem, hæc occurrit: quod *ſc.* Latini, & Syro-Neſtoriani Rituales jubent Codicem Evangelicum Ordinando imponi, antequam cæteræ, ut vocant, conſecratoriæ preces recitentur: Græci vero, & Syriaci

tam Maronitarum, quam Jacobitarum, eam cerimoniam tum fieri præscribunt, postquam Consecrator manum capiti ordinandi impositit dicens: *Divina Gratia, quæ semper infirma sanat &c.*

(11) Græci, Latini, & Syri omnes, præter Nestorianos, dum Codex Evangeliorum ordinando imponitur, nullam ex eo lectionem legunt, sed certas preces fundunt. Nestoriani autem impositum Evangelium tenent, donec preces omnes compleantur, peractæque consecrationis proclamatio fiat . .

(12) Hæc decreti de electione facti promulgatio, de qua fuse Morin. exercit. 2. cap. 3. & seqq. paucis mutatis legitur apud Græcos, & Syros, uti videre est ex præcedentibus Codicis nostri tomis. Verum in eo, quod a Chaldæis pronunciatur decreto, Nestorianismus deprehenditur, cum D. N. J. C. ab augustissima Trinitate separant ajentes: *Gratia D. N. J. C. quæ semper deficientia supplet, beneplacito Dei Patris, & Filii ejus unigeniti, & virtute Spiritus sancti.* Morini versionem non rectam emenda ex nostra versione. Electus autem tam a Consecrante, quam ab Archidiacono vocatur *Presbyter, & Monachus*, ex recepto Orientalium more, quod soli Monachi vel olim professi, vel tunc profitentes, ad Episcopatum assumuntur.

(13) Vera Patriarchæ Sedes, ac titulus antiquissimus *Seleucia, & Ctesiphon* est. Hæ duæ Urbes adeo conjunctæ erant, ut Urbs una viderentur esse, quippe fluminis tantum intercursu dirimebantur, Syris dicuntur: ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܪܣܩܝܐ *Civitates Arsaciæ*, hoc est, Arsacidarum regiæ: item ܡܕܝܢܬܐ ܕܣܠܘܩ ܘܩܛܝܣܦܘܢ *Civitates Seleuciæ, & Ctesiphontis*; vel absolutè, ܡܕܝܢܬܐ *Civitates*, unde Arabicè nomen المدائن *Modajen* derivavit, quod *Modaina* redditum, soli Seleuciæ tribuunt recentiores in Canones Arabico-Nicænos, cum revera plurale sit, & utramque Urbem significet. Plura vide apud Patruum a *pag. 622.*

(14) In hac, vel altera seq. *Deus magne, qui a seculo*, vel in utraque formam Episcopatus consistere adversus Arcudium contendit Morin. *exercit. 2. cap. 3. & 4.*

(15) Morini versionem mendis plenam emenda ex hac nostra versione. Ex iis verbis: *Concessione PP. nostrorum, qui in Occidente sunt*, palam fit, Seleucienses Archiepiscopos a Patriarcha Antiocheno potestatem accepisse, ut Episcopos ordinarent, juxta Canonem Arabicum Nicænum. Hac de re multa dabit cl. Patruus *tom. 1. Bibliot. pag. 9. & tom. 3. pag. 57.* Et nos quædam infra.

(16. pag. 64. l. 25.) Coche urbs Babyloniæ antiquissima, cui a Seleuco Nica-

Nicatore instauratæ nomen Seleuciæ impositum: eadem enim ac Seleucia est, vel saltem Seleuciæ suburbium: dicitur *in Mahuza*: regio enim illa, quæ utramque Urbem, Seleuciam nimirum, & Ctesiphontem, earumque suburbia complectebatur, *Mahuza*, hoc est, Provincia vocabatur. Vid. Assem. *tom.* 4. *pag.* 739.

(17) Sensus est, quando Episcopus ordinatur, populus semel dicit *Decet*: Cum Archiepiscopus, bis: cum Patriarcha, ter. Emendanda ergo Morini versio: *Decet, & convenit, semel Episcopus*.

(18) In hac precatione omnia fere Apostolici Episcopatus munia enumerantur: videlicet officium prædicandi; ligandi, & solvendi: operandi virtutes; conferendi sacros Ordines: pascendi gregem sibi creditum. In eadem precatione legitur: *Per Spiritus sancti unctionem*: Quibus indicari videtur unctio materialis ex Chrismate in Episcoporum ordinatione; qua de re in Pontificali Maronitarum nonnulla dixi.

(19) Ab initio ordinationis usque ad hunc locum jubetur initiatus flexo utroque genu divinam gratiam suscipere. Antequam autem erigatur, apud Nestorianos, ad terram usque prostratus adorat.

(20) Timotheus Secundus Patriarcha in libro de Sacram. *Cap.* 1. *Sect.* 12. aliam Crucis describendæ formam in usu fuisse apud Nestorianos scribit: *Mares*, inquit, *& Joannes Catholici ab occipitio ad frontem, & ab aure dextra ad sinistram ordinandum signant. At vero Georgius Assyriæ Metropolita a fronte ad occipitium, & a dextra aure ad sinistram Crucis signum format*.

(21) Consecratum Episcopum ad pacis osculum admittunt Consecrantes Pontifices in Pontificali Romano, & Græco.

(22) Enthronismum Consecrati Episcopi celebrant Latini, Græci, & Syri.

(23) Canitur in Liturgia Nestorianorum in ipso Missæ exordio post primam orationem: *Corrobora Domine Deus noster*: & post Psam.: *Domine quis habitabit*. Hinc palam fit Consecrationem Episcopi apud Nestorianos fieri in Liturgiæ exordio ante hymnum Trisagium, qui post Canticum Cancellorum, & ante Epistolæ lectionem recitatur.

(24) Morinus perperam legit: ܠܟܘܡܪܐ *Lchumra*: quæ vox Pontificem designat; pro ܠܟܘܡܪܐ *Lachumara*, quæ vox, *Tibi Domine*, significat.

(25) Nimirum voluerunt, ut Evangelium Ordinando imponeretur, cum Consecrator dicit: *Divina gratia*, & *Deus noster bone*, dumtaxat; non vero cum dicit: *Deus magne, qui a seculo*.

(26) Metropolitanas Episcopalesque Nestorianorum Ecclesias in sua Bi-

Bibliotheca abunde recenſuit Aſſemanus Patruus, qui & ordine Alphabetico omnes, quotquot ex monumentis Syrorum, Græcorumque haurire licuit, expoſuit *tom.* 4. *a pag.* 706. ad *pag.* 788. tum, ut claritati conſuleret, tum, quia ex recentiori [ut recte obſervat] ejus gentis jure privilegia Metropolitarum omnia corruerunt, eodemque & ii, qui olim Epiſcopi, & qui Metropolitæ fuerant, titulo ornati, a ſolo Ordinationis tempore præeminentiam ſuam hodie metiuntur. Metropolitarum ergo nomina enunciant, ac præcipue ſex, a quibus Patriarcha ordinari ſolet.

(27) Verba hæc ſunt Jeſujabi Adiabeni, qui Pontificale Neſtorianorum emendavit. Significant autem hoc ritu, non ſolum Epiſcopos ordinari poſſe, ſed etiam Metropolitas, & Patriarcham, etſi pro Conſecratione Patriarchæ alius peculiaris ordo inſtitutus ſit.

ܣܕܪ ܬܟܣ ܕܫܠܡܐ ܥܠ ܡܪܢ ܩܬܘܠܝܩܐ ܐ

Item Ordo Perfectionis (1) *Epiſcopi a Catholico.*

ܩܕܡ ܟܠ ܚܕ ܡܢ ܗܢܘܢ ܕܢܣܒ̈ܘ ܠܗ ܫܘܒ̈ܚܐ ܠܠ̈ܝܐ ܘܠ̈ܝܐ ܕܫܘ̈ܪܝ ܘܠ̈ܝܐ ܕܫܠ̈ܝܚܐ ܘܠ̈ܝܐ ܕܚܢ̈ܟܐ ܘܠ̈ܝܐ ܕܬܟ̈ܣܐ ܕܥ̈ܕܬܐ ܕܫܠ̈ܝܚܐ ܘܠ̈ܝܐ ܕܒ̈ܝܬ ܩܕܫ̈ܐ ܘܠ̈ܝܐ ܕܒ̈ܝܬ ܩܕܫ̈ܐ ܕܥ̈ܕܬܐ ܘܠ̈ܝܐ ܕܒ̈ܝܬ ܩܕܫ̈ܐ ܕܥ̈ܕܬܐ ܕܫܠ̈ܝܚ

clinatus, quaſi ad eum confugiens. Et incipit Præſul cantum communem: & venientes ad Altare introeunt. Is verò, qui perficitur, ſtat in ordine (2) *Preſbyterorum: & incipiunt:* Pater noſter, qui es in cælis: *Archidiaconus intonat:* Pax: *Præſul orat.*

Perfectione, Domine, quæ a te eſt, & aptitudine, quæ a te conceditur, perfice, & conſummma in ſervo tuo donum muneris tui, qui per Patrem communem Dominum caput Religioſitatis [*ſummum Hierarcham*] perficitur in nomine tuo, & conſummatur dextera tua, & benedicitur, ut poſſideat virtutem in regimine gregis tui ſibi commiſſi, gratia, et miſerationibus tuis, Domine univerſorum.

Et incipit: Memento Domine: *tono*: Peregrinus: *eoque abſoluto, orat.*

Eja perfecte, qui natura tua perfectus es, et divitiis

tiis perfectionis tuæ consummantur, ac perficiuntur omnes illi, qui ad perfectionem aliquam veniunt, virtutem tuam, quæ perficit nondum perfectos, copiose diffunde super Electum tuum, ut perficiatur in opere Episcopatus sibi concrediti, et caute stet in pastione sua. Domine omnium donorum bonorum, Pater, et Fili.

Et incipit Canticum: Christe, qui elegisti Apostolos tuos. *Gloria*: Apostoli electi, et sancti. *Canon*. *In multitudine*. Quoniam fecisti eum.

Christe, cujus virtute perficiuntur, et consummantur gradus sacerdotii, Tu Domine virtute tua perfice servum tuum virtute Spiritus sancti, quemadmodum perfecisti Discipulos tuos iis benedictionem impertiens.

Eadem. Christe, qui Apostolis tuis sanctis dedisti cla-

claves thesaurorum tuorum spiritualium, da Domine nunc huic servo tuo spiritum, & virtutem, atque perfectionem, ut pascat populum tuum, & liget, ac solvat justè in cælo, & in terra. *Eodem*. Per dexteram Apostolicam; per quam accepit Paulus perfectionem, & per quam communicavit cum ipso Barnabas in prædicatione; per ipsam, perficiatur, qui te adorat, ut regat populum tuum castè.

Eodem. Christe, qui Paulum ex alto vocasti ad Evangelium tuum, & impositione manus Petreæ etiam illum perfecisti, perfice, Domine noster, adorantem te dono obumbrationis gratiæ tuæ.

Alius. Vox de cælo. Ibunt de virtute. E virtute, Domine noster, in virtutem extolle adoratorem tui, & eleva; eique concede perfectionem, quæ ex te est, per oratio-

ܥܡ ܟܗܢ̈ܝܟ ܩ̈ܕܝܫ̈ܝܟ ܕܥܡ̈ܝܟ ܩ̈ܕܝܫ̈ܝܢ ܟܠܗ̇ܘܢ.

nem Sacerdotum tuorum ſanctorum.

ܟܕ ܐ . ܐܦ ܡܢ ܩ̈ܕܡ ܕܐ ܡܪܝܢ ܚܣܕ̈ܟ ܥܒ̈ܕ ܠܥ̈ܒܕ ܕ̈ܝܢ ܘܒ̈ܝܕ̈ܟ ܘܒ̈ܝܕ̈ܟ ܢܗ̈ܘܝ ܘܡ̈ܢܗ̈ܓ ܠܥ̈ܕܪ̈ܟ ܕ̈ܝܢ ܕܥ̈ܕܪ̈ܟ ܕ̈ܝܢ ܕܥ̈ܕ ܥ̈ܕ ܥ̈ܕ

ritate, & timore; ut cum veneris tu plaſmator in fine ad judicandum omnem rationalem, audire illum facias eam vocem; intra in regnum meum, & in ipſum deportare.

Eodem. Perfice, Domine noſter, clementia tua ſervum tuum per virtutem gratiæ tuæ, eumque perfectione tua conſumma, ut paſcat cum manſuetudine gregem tuum, & regat oves paſcuæ tuæ; da etiam ei virtutem de virtute tua, ac orna illum ornamento pulchritudinis tuæ; corona quoque decoris tui corona eum; Perſonamque ipſius illumina luce tua, & ſplendore, ac nitore vultus tui; adjunge ei virtutem adjutorii tui, ut ambulet ſine macula in via tua, & ſine reprehenſione in ſemita tua; cuſtodiatque verba, quæ in annunciatione tua; & intelligat myſterium adventus tui; ac meditetur in mandatis tuis, perficiatque omnia præcepta tua; & cum veneris in fine

ܘܒܝܬ ܡܠܟܘܬܟ ܥܡ ܫܘܒܚܐ ܕܬܕܝܢ ܠܟܠ ܒܪܝܬܟ ܘܢܥܘܠ ܒܡܠܟܘܬܟ ܥܡ ܟ̈ ܘܒܚܕܪ ܡܫܟܐ ܕܢܗܘܐ ܡܬܬܢܓܕ ܒܫܘܒܥ̈ܢ ܕܢܗܘܪܟ .

cum gloria tua ad judicandum omnes creaturas tuas, intret in regnum tuum tecum, & in thalamo lucis tuæ deliciis affluat.

ܕܡܢ . ܕܐܝܬ ܠܗ ܝܕ̈ ܒܝܡܝܢ ܠܡܪܡ ܠܕܪܓ̈ܐ ܕܟܗܢܘܬܐ ܪܡܐ ܡܪܢ ܒܪܘܚ ܩܕܫܟ ܕܢܗܘܐ ܩܕܝܫ ܠܐ̈ܚ ܒ̈ܢܝ ܐ̈ܚ̈ܘܗܝ .

Eodem. Sacerdotem, quem elegit dextera tua ad gradum ſummi Sacerdotii, imple, Domine noſter, Spiritu ſancto, ut ſit ſanctificator fratrum ſuorum.

ܕܡܢ . ܪܘܚܐ ܕܢܚܬ ܥܠ ܫ̈ܠ̈ܝܚ̈ܐ ܒܥ̈ܠ̈ܝܬܐ ܘܚ̈ܟ̈ܡ̈ܝܗ̈ܘ ܐ̈ܢ̈ܝ ܗ̈ܘ ܢܚܬ ܥܠ ܥܒ̈ܕ̈ܟ ܕܢܪܥܐ ܐ̈ܝ̈ܠ̈ܝ ܒ̈ܫ̈ܦ̈ܝܪ̈ܘܬ̈ܐ .

Eodem. Spiritus, qui deſcendit ſuper Apoſtolos in cænaculo, & ſapientes eos reddidit, ipſe deſcendat ſuper ſervum tuum, ut paſcat oves tuas caſtè.

ܐܪܟܝܕܝܩܘܢܘܣ ܡܫܡܥ ܫܠܡܐ . ܩܕܡ ܟܗܢܐ ܨܠܝ . ܐ̈ܢ̈ܬ ܗ̈ܘ ܕܡ̈ܢ ܒ̈ܪ̈ܝܬ̈ܐ ܫ̈ܠ̈ܡ̈ܐ ܐ̈ܢ̈ܬ ܡ̈ܫ̈ܠ̈ܡ̈ ܒ̈ܟ̈ܠ̈ ܫ̈ܠ̈ܡ̈ܘܬ̈ܐ ܘ̈ܐ̈ܢ̈ܬ ܡ̈ܫ̈ܠ̈ܡ̈ ܠ̈ܟ̈ܠ̈ ܫ̈ܠ̈ܡ̈ܘܬ̈ܐ ܫ̈ܠ̈ܡ̈ ܐ̈ܢ̈ܬ ܗ̈ܘ ܕܡ̈ܢ ܫ̈ܠ̈ܡ̈ ܒ

Et incipit. Ad te levavi. Perfice donum tuum, Domine noſter, cum ſervo tuo. *Cumque abſolverit, non orat, ſed imponit Evangelium dorſo ejus; non oportet autem, ut legat ſuper eum, quoniam ſemel lectum fuit ſuper eum. Quod ſi legere voluerit, recitet lectionem Penteco-ſtes, non verò Cæſareæ Philippi. Patriarcha dicit.* Gratia D. N. J. Chriſti, quæ ſemper.. *Vide in ordinatione Epiſcoporum. Et ſignat ſeipſum. Reſpondent.* Amen. *Archidiaconus intonat.* Pax. *Præſul imponit dexteram ſuam capiti ejus, qui perficitur, dicens.* Deus noſter bone. *Vide eam a dextera tua poſt*: Gratia Domini noſtri: *Et ſignat caput ejus, qui perficitur.*

Tum Archidiaconus prædicat. Attolite oculos veſtros in altum, & poſtulate miſericordiam a Deo Clemen-

mente, pro *N.* qui perficitur Episcopus. *Non dicit*, pro N. Presbytero, *ut imperiti dicunt. Et respondent*: Decet, & convenit: *semel. Præsul voce tenui pro*: Deus magne, qui a seculo, *dicit*.

Gratia D. N. J. C., & charitas Dei Patris, & communicatio sancti Spiritus, qua ordines omnes sanctæ Ecclesiæ continentur fluuntque; perficiatur tecum misericorditer, perficiatque te omni dono Pontificatus, quem accepisti ad ædificationem Ecclesiæ Dei, & gloriam sancti, & glorioſi nominis ejus. *Attollit vocem*: nunc, & semper. *Et signat super caput ejus. Respondent*. Amen.

Et tollunt Evangelium a dorso ejus. Qui vero perficitur, adorat, & surgit. Archidiaconus autem accipit Maaphram de Altari, ara-

traditque Catholico, qui eam illi aptat: tum Biruna eum induit, & Baculum in manum ejus tradit, signatque eum in fronte, dicens.

Segregatus eſt, ſanctificatus, perfectus, & conſummatus eſt N. in opus magnum Epiſcopatus civitatis N. totiuſque ditionis ejus. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. In ſecula. *Et ſignat eum in fronte cum invocatione nominum* Patris *&c.*

Et oſculatur eum in capite, ſtatuitque eum in ordine ſuo. Accedunt autem Presbyteri, & Diaconi, & ſalutant Altare, Patriarcham, & eum, qui perfectus eſt, proceduntque cum hymno Cancellorum in Bema. Atque ita perficitur Ordo Epiſcoporum.

Oratio dicenda a Præſule, dum induit Ordinandum Maaphra (3). Induat te Dominus pallio (ſeu caſula) lucis in ordine iſto Pontifi-

ﻭﺗﻘﺪﻳﺲ ﺍﻷﻋﻀﺎﺀ ﻫﺬﺍ ﻣﻘﺪﺳﻚ . ﺍﻟﻤﺰﻳﻦ ﺑﺎﻟﻈﻬﻮﺭ ﻭﺍﻟﻤﺘﻘﻠﺪ ﺑﺎﻟﻜﻬﻨﻮﺕ ﺍﻟﻌﻠﻲ . ﻭﻳﻘﺪﺱ ﺃﻋﻀﺎﺀﻙ ﻓﻲ ﺍﻟﻌﻔﺔ . ﻭﻳﺠﻌﻠﻚ ﻣﺴﺘﺤﻘﺎ ﻟﻠﻈﻬﻮﺭ ﺑﺎﻟﻤﻌﺮﻓﺔ ﻓﻲ ﺗﺠﻠﻲ ﺍﻟﻘﺪﻳﺴﻴﻦ ﻭﻳﻌﻴﻨﻚ ﺑﻤﻌﻮﻧﺘﻪ ﺍﻟﺘﻲ ﻟﻚ ﻳﺘﻮﺳﻞ ﺁﻣﻴﻦ .

tificatus, & Maaphra decenti ſummi Sacerdotii, & ſanctificet membra tua in caſtitate, teque dignum efficiat revelatione facierum in manifeſtatione, ipſius, adjutorio ſuo, quod tibi opitulatur. Amen.

ﻭﺗﻘﺪﻳﺲ . ﻫﺬﻩ ﺍﻟﻤﺰﻳﻦ ﺍﻟﻤﺴﺘﺤﺪﺙ ﻣﻦ ﻫﺬﺍ ﺍﻟﻤﺬﺑﺢ ﺍﻟﻤﻘﺪﺱ ﻗﺪ ﺍﺳﺘﻘﺒﻞ ﺳﺮ ﺍﻟﻘﻮﺓ ﺍﻟﺴﻤﺎﻭﻳﺔ ﺑﺎﻟﺨﻔﺎﺀ . ﻭﻫﻮ ﻳﺰﻳﻨﻚ ﺑﺎﻟﻈﻬﻮﺭ ﻭﺍﻟﻤﻌﺮﻓﺔ ﻓﻲ ﺗﺠﻠﻲ ﺍﻟﻘﺪﻳﺴﻴﻦ ﻭﻳﻌﻴﻨﻚ ﺑﻤﻌﻮﻧﺘﻪ ﺍﻟﺘﻲ ﻟﻚ ﻳﺘﻮﺳﻞ ﺁﻣﻴﻦ .

Ad Birunam: Stola hæc principalis, quæ ex hoc Altari perfecta eſt, & occulte accepit virtutem cæleſtem, te ornet manifeſte, ut oves tibi concreditas perfecta ac pura cura paſcas, & cum Apoſtolis ſociis tuis tradas talenta tua Domino tuo, ac audias ab eo verbum, quod te lætificet, atque cum ipſo delecteris bonis indeficientibus ac ſempiternis. Amen.

ﻭﻫﺬﻩ . ﻣﻔﺎﺗﻴﺢ ﺑﻴﺖ ﺳﻤﻌﺎﻥ ﺍﻟﺘﻲ ﺳﻠﻤﺖ ﻟﻠﻮﻛﻼﺀ ﺍﻟﻤﺪﺑﺮﻳﻦ ﻭﺍﻟﺮﻋﺎﺓ ﺍﻟﻤﺎﻫﺮﻳﻦ ﻟﺘﺪﺑﻴﺮ ﺍﻟﻐﻨﻰ ﺍﻟﺮﻭﺣﺎﻧﻲ ﻭﻟﻠﺮﺑﻂ ﻭﺍﻟﺤﻞ ﻓﻲ ﺍﻟﺴﻤﺎﻭﺍﺕ ﻭﻓﻲ ﺍﻷﺭﺽ ﻣﻌﺎ ﻭﻟﻔﺘﺢ ﺑﺎﺏ ﺍﻟﺮﺣﻤﺔ

Ad velum. Claves domus Simonis, quæ traditæ ſunt Oeconomis diligentibus, & Paſtoribus peritis ad diſpenſationem divitiarum ſpiritualium, & ad ligamen, & ſolutionem in cælo inſimul ac in terra, atque ad apertionem portæ miſera-

ferationum tradat tibi Spiritus paraclitus, qui te elegit, prout placet dominationi ſuæ; ut per illas facias voluntatem ejus omnibus diebus vitæ tuæ in ovili Chriſtiano in ſeculum. Amen.

Ad virgam. Virga fortitudinis, & potentiæ, quæ ex Sion intellectuali miſſa eſt ad te, ut per eam paſcas ſtatus Chriſtianos, & gradus Ortodoxorum, illà te corripiat, & per eam corripiat eum, qui per te dirigitur, ut per orationes tuas perveniat ad portum vitæ, & lucis. Et tu, ac oves tuæ ad regnum cælorum perducamini, & in ſeſſione dextera in accubitu juſtorum cuſtodiamini cum ſociis tuis per gratiam benignitatis Domini tui. Amen.

Ad ordinandum: Quia dignum feciſti, Domine, humilem ſervum tuum ſupra omne meritum opere duplicato perfectionis negotio-

ܕܫܘܒܚܐ ܘܕܚܝܠܐ ܕܫܡܝܐ ܘܕܐܪܥܐ ܕܚܫܝܒ ܘܕܡܗܘܠ ܘܕܫܘܠܛܢ ܕܫܐܕܐ ܘܕܡܫܠܡ ܘܕܡܬܚܠ ܘܕܡܬܦܪܫ ܘܕܡܬܩܪܒ ܘܕܡܬܪܚܡ ܘܕܡܬܩܒܠ ܘܕܡܬܒܪܟ ܘܕܡܬܪܘܡ ܘܕܡܬܫܒܚ ܘܕܡܬܦܐܪ ܘܕܡܬܩܕܫ ܘܕܡܬܡܓܕ ܘܕܡܬܬܒܪܟ ܘܕܡܬܬܪܘܡ ܘܕܡܬܬܫܒܚ ܘܕܡܬܬܦܐܪ ܘܕܡܬܬܩܕܫ ܘܕܡܬܬܡܓܕ ܫܡܗ ܕܡܪܝܢ ܥܠ ܟܠ ܒܪܟܬܐ ܘܬܫܒܚܬܐ ܕܐܡܪܝܢ ܒܥܠܡܐ ܘܢܐܡܪ ܐܡܝܢ .

nis iſtius ſublimis talentorum, quæ ſpiritualibus exoptabilis eſt, terrenis deſiderabilis, & dæmonibus terribilis; quæ per gratiam negotier, & quibus ditatus alios ditem; ita Domine mi dignam fac humilitatem meam, & adjuva, ut in duplum laboribus operum virtute præditorum offeram ea dominationi tuæ, virtute gratiæ tuæ, et auxilio miſerationum tuarum, omnibus diebus vitæ meæ etiam, & Amen.

Explicit ordo Perfectionis Epiſcopi, quæ fit a Catholico.

---

(1) Apud Syros Neſtorianos regula conſtans eſt, ut Metropolitæ a Patriarcha ordinentur, & Epiſcopi a Metropolitis in ſuis conſecrati Provinciis ab eodem Patriarcha confirmentur, ſeu perficiantur, ad quem propterea mittebantur. Aſſemanus Patruus *tom.* 4. *a pag.* 636. Canones recitat, quibus hæc regula ſtabilitur. Erat autem perfectio peractæ veluti conſecrationis confirmatio, quam niſi Epiſcopus a Patriarcha habuiſſet, eoque ſigno communionem cum Patriarcha, & obedientiam eidem proteſtatus fuiſſet, ab exercendis Pontificalibus muniis arcebatur. In Pontificali Syro-Vaticano, ex quo Morinus Ordinationes Neſtorianorum deſcripſit, exſtat hujuſce Perfectionis Ritus ab eodem Morino nequaquam editus.

(2) Peculiaris eſt hic ritus, ſeu potius error Neſtorianorum, quo conſecratum a Metropolitano Epiſcopum pro Presbytero mero, non pro Epiſcopo accipit Patriarcha, qui illum, ut ajunt, perficit. Nam cum eidem Electo Evangelium imponitur, binæque ſuper eum preces recitantur,

tur, appellatur Presbyter, non Episcopus, uti videre est. Discrimen illud, quod in Pontificali Nestoriano notatur inter *Consecrationem*, & *Perfectionem* Episcopi circa impositionem, & lectionem Evangelii, ad rem propositam non facit; nam etiam in consecratione Episcoporum nihil ex Evangelio legunt consecratores Pontifices Syri, Græci, & Latini. Quod vero in Proclamatione Archidiaconi post peractam Episcopi *perfectionem* admonetur ne dicat, *Pro tali Presbytero, qui perficitur Episcopus*, sed, *pro tali, qui perficitur Episcopus*, suppresso *Presbyteri* nomine: id ad excusandos Nestorianos non sufficere videtur: parum enim refert, quod Archidiaconus illum peracta jam functione *Episcopum* vocet, quem consecrator *Presbyterum* semper appellavit.

(3) Patriarcha, Metropolitani, Episcopi; & reliqui Clerici Nestoriani nullum habitum, quo a laicis distinguantur, deferunt, neque Tonsuram in capite. Joseph Indus (*in navigat. nov. orb. cap.* 134.) de Christianis Malabariæ: *Sacerdotes*, inquit, *non ferunt tonsuram, sed nonnihil capillorum in summa parte capitis habent*: quod & faciunt Saraceni, Persæ, Indi, Tartari, & Sinenses. Gregorius Barebreus Monophysita scriptor sæculi 13. exeuntis in Chronico Ecclesiastico (apud Assemanum *tom.* 2. *Biblioth. pag.* 400.) De Barbasemino Archiepiscopo Seleuciæ, & Ctesiphontis, ac martyre scribit: „ Hic Clericus, Monachos, & Episcopos „ assidue hortabatur, ut habitum mutarent, & secularium instar, albis „ indumentis uterentur, quo crudelem impii Saporis persecutionem vita„ rent. Idque ea tum ratione factum. Postea vero cum persecutio cessasset, orienseque Nestorianismo infectus esset, cum habitu etiam fides „ mutata fuit, & qui vestimentorum formam abjecerant, pristinum sa„ crum Schema resumere recusarunt, quo potissimum Antoniani Monachi „ apud cæteras Christianorum gentes discernuntur „: Idem in vita Timothei 1. Nestorianorum Patriarchæ, hæc de Episcopis Persidis narrat. *Vestibus albis utebantur instar Presbyterorum Secularium, & carnes comedebant, uxoresque ducebant*: Et paucis interpositis, cum Simeonem Persarum Metropolitam ab eodem Timotheo ad obedientiam revocatum scripsisset, subjungit: *Cui iniunxit, ne carnem comederet, neve uxorem duceret, utque albis laneis tantum uteretur*: Verum Nestoriani Clerici quibuslibet hodie vestimentis cujuscumque coloris indiscriminatim utuntur. Thomassinus *de vet. & nov. Eccl. Disciplin. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 44. & *seqq.* ostendit per priora octo sæcula Clericos, quod habitum communem attinet nec veste ulla, nec vestis colore in Oriente se a laicis secrevisse, sed sola vestis modestia. Quod pertinet ad vestes sacras: Patriarchæ, Metropolitani, & Episcopi neque Mitram gerunt in capite, neque Annulum in digito, sed sacra eorum vestis, per quam ab inferioribus Sacerdo-

cerdotibus ſecernuntur, hæc in Pontificali hic deſcribitur: I. *Maaphra*, quod & dicitur ,, ܦܚܝܠܐ *Phakila*, & ܟܦܝܠܐ *Kaphila*: hoc eſt pallium in modum Pluvialis Latini, quo totum corpus ambitur. II. ܒܝܪܢܐ *Birrna*, hoc eſt, Cidaris phrygio opere ornata, qua caput tegitur, inſtar Amictus, quo Fratres Minores cucullam tegunt, dum e ſacrario ad altare pergunt, Liturgiam celebraturi. III. Velum ܣܟܝܣܦܐ *Sciuſciefo* Pontifices enim Syri, & Armenii loco cerei biſulci, ſeu triſulci, quo Greci utuntur, Cruce parva argentea, vel aurea utuntur, qua velum pendet, eaque populum ſignant. Sed & eſt aliud velum, quo perficiendus Epiſcopus caput ſuum tegere jubetur in Pontificali libro, quem edimus. IV. ܙܩܘܦܐ *Chutra* ſeu Baculus Paſtoralis, virga, & pedum, quod manu tenetur. Orthodoxus Chaldeorum Patriarcha, qui Amidæ ſedet, Mitram Romano more ab annis fere 70. uſurpare cæpit: nimirum ex quo Joſephus I. a Romano Pontifice Pallio Pontificali donatus fuit. De veſtibus Presbyterorum, Diaconorum, & reliquorum Clericorum ſacris ex Pontificali liquet: unum addam preces, quæ hoc loco leguntur dicendæ a conſecrante, dum conſecrato tradit veſtes, a Morino prætermiſſas fuiſſe.

ܗܕܐ ܛܟܣܐ ܕܣܡܟܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܡܢ ܟܘܠܗ
ܫܢܬܐ ܕܡܪܝ ܐܡܝܢ ܀

Item Ordo impoſitionis manus Catholicorum (1).
Domine noſter adjuva me per tuas
miſerationes Amen.

ܘܥܠ ܗܕܐ ܫܘܠܛܢܐ ܕܫܠܝܚܘܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܬܝܗܒ ܠܫܠܝܚܘܗܝ ܩܕܝܫܝܢ ܫܠܝܚܝ ܕܒܝܬ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܐܬܝܗܒ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܕܐܣܪ ܘܫܒܩ ܘܫܪܐ ܘܚܠܩ ܘܦܪܣ ܘܒܢܐ ܘܢܨܒ ܘܗܪܣ ܘܒܢܐ ܘܫܬܠ ܘܢܨܒ ܘܡܚܐ ܘܒܢܐ ܘܢܬܥܩܪ ܘܢܬܫܪܫ ܘܢܬܒܪ ܘܢܬܡܚܐ ܘܢܒܢܐ ܘܢܬܒܢܐ ܘܢܬܥܩܪ ܘܢܬܫܪܫ ܘܢܬܒܪ ܘܢܬܡܚܐ ܘܢܒܢܐ ܘܢܬܒܢܐ ܀

Per-

Perficitur autem in Ecclesia magna Cochensi in Mahuza, quum congregantur ad constituendum Patriarcham, juxta traditionem & definitionem Religiosi Marabæ Catholici, & sanctæ memoriæ Domini Gabrielis Metropolitæ Perath-Mesenæ, seu Bassoræ: & secundum ordinem Domini Cypriani Metropolitæ Nisibis.

ORdinatio autem, & Electio (2) Patriarchatus hunc in modum peragitur. Postquam Patriarcha ab Ecclesia migravit, conveniunt Sacerdotes, Episcopi, & fidelis Plebs, hoc est, Medici, & Scribæ, (3) qui in urbe pacis Bagdado commorantur (4). Tunc arcessunt Episcopum Cascaræ (5), si quidem in vivis est: ipse enim est caput Episcòporum Provinciæ magnæ & Patriarchalis (6), idemque dexteram Patriarchæ tenet, ejusque sedem vacantem custodit (7). Quod si mortuus est, arcessunt Episcopum Zabarum (8). Et si hic non adsit, Episcopum Hirtæ, (9) & Akulæ. Quo defuncto, Epi-

ܣܘܥܪܢܐ ܕܝܢ ܘܓܘܒܝܬܐ
ܕܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܗܟܢܐ
ܗܘܝܐ . ܡܐ ܕܐܬܬܢܝܚ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܢ ܥܠܡܐ
ܡܬܟܢܫܝܢ ܟܗ̈ܢܐ ܘܐܦܝܣ
ܩܘ̈ܦܐ . ܥܡܐ ܘܡܗܝ̈ܡܢܐ
ܕܥ̈ܡܐ . ܗܢܘܢ ܐܣ̈ܘܬܐ
ܘܣܦܪ̈ܐ ܕܐܝܬ ܒܡܕܝܢܬ
ܫܠܡܐ ܒܓܕܕ . ܗܝܕܝܢ
ܡܫܕܪܝܢ ܠܘܬ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܕܟܫܟܪ ܐܢ ܒܚ̈ܝܐ ܩܐܡ .
ܗܘܝܘ ܓܝܪ ܪܝܫܐ ܕܐܦܝ̈ܣܩܘܦܐ
ܕܗܘܦܪܟܝܐ ܪܒܬܐ
ܦܛܪܝܪܟܝܬܐ . ܘܗܘܝܘ
ܒܝܡܝܢܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ .
ܘܢܛܪ ܟܘܪܣܝܐ ܡܢ ܒܬܪܗ .
ܘܐܢ ܡܝܬ . ܠܘܬ ܗܘ ܕܙܐܒ .
ܘܐܢ ܠܝܬܘܗܝ : ܠܘܬ ܗܘ
ܕܚܐܪܬܐ ܘܥܩܘܠܐ . ܘܐܢ
ܡܝܬ .

Episcopum Pheroz-sapor, quæ & Anbara (10). Et hoc absente, Episcopum Nipharæ (11); atque ita unum post alterum, donec ad Episcopum Kosræ deveniant (12). Quumque is advenerit, sedet in domo Patrum, omniaque munia Patriarchatus implet, præter ordinationem Episcoporum, et excepto, quod Baculum non tenet, nec Biruna utitur. Exactis autem tribus mensibus (13), scribit ad cunctos Episcopos, & Metropolitas, ut in Urbem pacis adveniant: quorum si quis morbo, aut aliqua infirmitate impeditus fuerit, suffragium suum propria manu scriptum per eos, qui adveniunt, Episcopos mittit. Metropolitarum autem unusquisque secum adducit tres Episcopos (14) ex sua Provincia. Tunc vero communi sententia personam eligunt juxta Canonem, & definitionem, con-

conſenſum autem ſuum præſtant Epiſcopi omnes ſigilloque proprio firmant.

Cumque res per Epiſcopos, Primores, & fideles Bagdadi peracta fuerit, Patres, Presbyteri (15), *Diaconi, populuſque fidelis conferunt ſe ad civitates Arſacias, Seleuciam, & Cteſiphontem. Poſtquam autem e navibus deſcenderunt, incipit Electus Canticum iſtud*: Erigens de ſtercore: qui erigit e pulvere: *quod vide feria* 3. *Hebdomadæ* 3. *Jejunii. Ipſi vero reſpondent ex Canticis occurſus, donec Monaſterium* (16) *Patriarchale ingrediuntur, ubi quieſcunt uſque ad horam officii* (17) *Veſpertini. Tum ſurgunt Metropolitæ, & Epiſcopi, ſuoque ornatu & Birunis induti, & Baculos tenentes, incipiunt.* Pater noſter, qui es in cælis. *Præſul.* Jaculatoria. Fundamenta ejus. *Et*; ſicut incenſum. *Et*: Tibi Domine.

[illegible]

secundum ritum Festorum; ante; Magister noster. Dextera Domini, quæ omnes vocat ad regnum. Gloria. Benedictus sit Christus, qui induit. *Post.* Si Martyres, *aut:* jam veritas. Dominus dabit virtutem. Dominus virtus est. Virtute Spiritus tui corroborati sunt Apostoli sancti, Salvator noster, & egressi sunt ad bellum contra Malignum, & virtutes ejus. Atque ensibus districtis, & acutis linguarum suarum destruxerunt aciem inimici, & omnes exercitus ejus debellarunt: modo vero, postquam vicerunt omnia certamina, en obsecrant tuam Dominationem, custodias Ecclesiam tuam a Malo, & virtutibus ejus: Nosque omnes dignos fac, qui ingrediamur cum ipsis in thalamum lucis ad canendam gloriam Dominationi tuæ,

Glo-

Gloria. Apoſtolorum caſtorum, & ſanctorum Jeſu Redemptoris noſtri amicorum, Petri, & Pauli, columnarum Eccleſiæ ſponſæ Altiſſimi, qui prædicarunt myſterium magnum, & docuerunt in orbe creaturarum Trinitatem laudandam, poſueruntque fundamenta ejus ſuper petram fidei: Oratio ipſorum ſit murus animabus noſtris adverſus omnes noxas, & per eum liberemur a Malo, & artibus ejus, dignique fiamus, qui cum ipſis canamus gloriam in Regno. *Et intonant proclamationem, quumque pervenerint ad illud*: Pro Patre noſtro: *dicunt*: Pro ſanctis Patribus noſtris: *proferuntque nomina Metropolitarum, & Epiſcoporum, unum poſt alterum juxta ordinem ſuum. Et ita in ſecunda* (proclamatione). *Deinde*: Sanctus: *Feſtorum*. *Jaculatoria* 1. Dominus regnavit, & decorem. 2. Can-

2. Cantate Domino Canticum. *Initium.* Dominus regnavit. Iraſcantur. *Tono.* Fundamenta ejus. *Canticum proprium diei.* *Adjunge.* Venite populi. Pater noſter, qui es in Cœlis.

Et vigilant vigiliam (hoc eſt dicunt nocturnum officium) *incipientes ab initio Davidis* (Pſalmorum) *cum cantibus, & Canonibus. Seſſio prima.* Apoſtoli, qui fuerunt fontes benedicti in terra: *Et mutationes ejus. Et cum tempus ſuppetit, dicunt Seſſionem ſecundam:* Dono: *& ſocias:* *Adde:* Fontem vitæ. *Et mutationes ejus.* *Gloria.* Lampades lucis. *Canones Apoſtolorum. Hymnus.* Benedictus Dominus, cujus ſervi dormiunt. *Canticum.* O Sacerdotium. *Seſſio, quæ inter:* Confitemini: Apoſtoli, Cephas. *Et ſocias ejus.* *Gloria.* E numero. *Seſſio tò:* In æternum tu es: Domine cum turba. *Et ſocias ejus.* Gloria. Pater, Fili,

&

& Spiritus ſancte. *Canon.* In Eccleſia confitebor Domino; In conſilio. Apoſtoli poſtulate miſericordiam a Dño omnium pro mundo, ut per orationes veſtras cuſtodiatur. *Hymnus.* Oratio Apoſtolorum tuorum. *Et proclamatio. Canticum:* In quatuor fines.

Et deinde ingrediuntur ad Altare Metropolitæ, Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi, ac dicunt: In æternum es: *inter Catholicos. Tum Cantus vigiliarum.* Cæli enarrant. *Ton.* Dominus regnavit, & decorem. *Secundus.* Exaltabo te Domine: *cum tono ejus. Tertius:* Laudate Dominum de cælis. *Ton.* Si Dominus. *Adde.* Cantate Domino Canticum in Eccleſia. *Reſponſorium noctis diei occurrentis. Adde:* Ut magiſter noſter. Apoſtoli, quos elegiſti Redemptor noſter. Et *ſocias ejus: Gloria.* Benedictus, qui vos magnificavit. *A ſæculo.* Chriſte ne deſeras

ܕܡܫܡܫܐ ܠܐ ܐܬܐ ܡܕܡ .
ܡܕܡ ܕܥܒܕ ܠܡܕܡ .
ܗܘ ܕܒܪܟ . ܗܘ
ܕܫܒܚ ܘܫܒ
ܘܒܗܠ ܕܒܪܟ ܐܠ
ܘܡܘܕ ܡܕܡ ܠܗ :
ܠܥܠܡ . ܐܡܝܢ ܕܥܒ
ܒܫܒ ܡܥܕܪ ܡܥܕ
ܡܥܕ . ܡܥܕ ܘܥܠ
ܡܕܡ ܕܡ ܡܥܕ
ܕܥܒ ܡܥܕ ܡܥ
ܕܥܒ . ܡܥܕ
ܡܥܕ ܡܥ
ܡܥ ܡܥ
ܡܥ ܡ
ܡ

nos. *Canon*. Beatus qui. *Laudate Dominum*. Laus virtuti tuæ, ſalvator noſter, qui Apoſtolos in cænaculo repleſti Spiritu ſancto. *Hymnus*. Confeſſio bono. *Ton. Peregrinus*. *Et intonant Proclamationem, Patrum nomina commemorantes*. *Et incipiunt Pſalmos Matutinos*. *Tum verò Metropolitæ, & Epiſcopi Cancellos ingrediuntur; Clerici autem, & Scholaſtici* (18), *& populus in Templo ſtant*. *Patres verò ornantur Maaphris, Birunis, Baculis, univerſoque Sacerdotii apparatu*. *Incipit autem Metropolita Elam* (19), *aut, qui proximus ipſum ſequitur*. Deus noſter miſereatur. *Aut*. Confitemini Domino, & invocate. *Aut*, Memento Domine. *Et incipiunt Canticum*; Pater noſter, qui es in cælis, *tum, & reliquos cantus occurſus, unum poſt alterum*. *Et procedunt ad Scholam extra cœnobium: deinde redeunt*

deunt ad Altare. Cumque Cancellos introierint, Electus in Diaconium (20) introducitur, Patrum tunica indutus, & ſtola ſeu orario amictus, in ordine Presbyterorum coram ipſis ſtat. Archidiaconus, qui eſt Caſcaræ Epiſcopus, intonat: Pax: *Orarium humero impoſitum gerens. Præſul orat.*

Te, qui Pontifices ungis gratia tua, & nectis diademata omnium Principatuum, qui omne, quod vis, facis, & quod petis, præſtas, & perficis in cælo, & in terra, ſupplices deprecamur, ac petimus, effunde Domine ſuper ſervum tuum hunc, quem elegiſti in miniſterium hoc excelſum gratiæ tuæ, & reple eum ſpiritu doni tui, ut provide ſtet in capite populi tui, & ſecundum voluntatem tuam paſcat greges ſignatos tuo ſignaculo ſancto. Largitor donorum

rum ſpiritualium, Domine univerſorum.

Metropolita conſecrator incipit: Miſericordiam Domini in æternum: *voce diſtincta, uſque ad illud*: Teſtis in cælo. *Antiphona*: Gratia illa, & donum illud, quod deſcendit, & habitavit ſuper diſcipulos, ipſa Domine deſcendat, & ipſa Domine inhabitet ſuper adorantem Te uſque in ſæculum. Tibi commendo Claves theſauri ſpiritualis, ut liges, & ſolvas omne quod eſt in terra, & in cælo: Epitropium (diſpenſatorem) Regni cælorum te facio, diſpenſa divitias ſpirituales Filiis hominum.

Et orat Metropolita, qui proximus venit poſt eum: Te, qui Pontifices ungis &c. gregem tuum notatum ſignaculo tuo ſancto Domine univerſorum. *Ponunt incenſum, & incipit Canticum*. Qui cuncta facit. *Gloria*. Sacerdotium Aaroniticum.

Tum

Tum orant omnes Metropolitæ, & Epiſcopi, qui congregati ſunt, & incipit unuſquiſque, ordine ſuo, initium cum Canone recitans.

Oratio. Divitiæ cæleſtes, & Sacerdotales, qui deſcendit de cælo ſe inclinans, & in talentis iſtis aureis ſpiritum adoptionis Filiorum expreſſit. Tu illuminaſti tenebras generis noſtri per abundantiam mundam donorum tuorum, quæ illuſtrant animam, concede Domine adoratori tuo clavem theſauri gratiæ tuæ, ut per eam diſpenſet divitias vitæ, & poſitionem auxiliorum gregibus dilectis paſcuæ tuæ ſignatis nomine tuo, Domine omnium.

Aut hanc. Effunde Domine virtutem gratiæ tuæ, & demitte divitias doni tui ſuper ſervum tuum hunc, quem elegiſti, reple animam ejus donis tuis ſpiritualibus; & da nobis, ut ſimus cum illo unanimes

ܫܒܝܠ ܐܡܬܟ ܘܒܪܟ ܠܥܒܕܟ ܗܢܐ ܕܒܟ ܫܒܩ ܠܗ ܒܨܒܝܢ ܛܒ̈ܐ ܘܒܪ̈ܟ̈ܬ̈ܐ ܕܐܝܕܟ ܕܝܗܒ ܠܗ ܐܦ ܒܝܕ ܐܝܕܝ ܡܕ̈ܝ ܕܐܝܬ ܠܟ ܡܢ ܟܠ ܫܦܝܪ ܘܫܦܝܪ

ne, ut integro corde, & ductione manuum regat eos, & ſuper prata (paſcua) fortitudinis diſcumbere illos faciat, & aqua quieta doctrinæ potet; & a valle umbroſa mortis eripiat, & diſponat coram eis menſam regiè inſtructam veritate tua contra adverſarium Evangelii tui, ut ſaturentur, & impinguetur cor eorum ſancto tuo ſanctificanteomnia, Domine univerſorum.

Et incipiunt Canonem tono: parce, & propitius eſto. Bonitatem fecit cum. Chriſte, qui ditaſti Apoſtolos tuos per donum Spiritus, felige ſervum tuum ad paſtionem gregum tuorum. *Eodem*. Virtus Spiritus ſancti, quæ deſcendit, & manſit in cænaculo Sion ſuper diſcipulos, ipſa Dñe deſcendat ſuper ſervum tuum. *Eodem*. Dominus virtus eſt. Mitte Dñe Deus noſter Spiritum ſanctita-

ڪڪنمه ڪحبر وبمبمر
همبعدبر ڪمر ڪسبه
ڪدوممال . ڪبه . ڪسنڪما
وبمسنبها ومحبها هدسن
وبنڪا ڪڪنبر همسمها
ڪبعدر هڪبوهما ڪمحمال
وؤمسمبوبها . ڪڪمحه
للمنا . ڪلمال هوج وبنبر .
هدهسا ؤڪا وبحمدسنوال
وهدسده نڪڪا ڪبوبمال
ڪبدوؤ هدنا هدوّال ڪڪحبر
وبحبها ڪمحمال وبموبا
ؤمها وسهمال هدبجسنه
ڪڪبال ڪحمال . ولهبموما
وبسنڪا دبدمال ڪحمڪها
وهڪسها سمها ڪڪتسا
وبحسلا همسها .
ڪحهمها ڪمالؤال .
ممسبر ولهجلا ڪڪسوما
حموڤها ممهڪتسا ڪمر
هدموڤها . ممهدمسوما
ڪڪحمحمال هدسنسا
ڪدمڪنا وبمممها حمنؤا
وبممدنال .
حبه . هدهسا وبهوج
ڪهمڪها

ctitatis, & illapſus maneat ſuper caput ſervi tui, ut ſtet coram Te cum ſuis ovibus in caſtitate. *Eodem.* Paſtorem, quem ſegregaſti, & elegiſti Dñe noſter, ut paſcat oves tuas ſanguine tuo redemptas, reple gratia Spiritus ſancti. *Tono*: Beatus qui. Deus judicium tuum da: Chriſte ſumme Pontifex, ex quo dimanat Sacerdotium, perfice Domine dominantium ſervum tuum, quem elegit gratia, ut ſit caput religioſitatîs (Epiſcopatus), & gubernet Eccleſiam electam; fac etiam illum dignum, qui cum puritate, & virga verbi vivi paſcat oves, quæ ſunt in omnibus finibus, & terminis, & locis; & ſparge, ac effunde ſuper eum benedictiones, & munera eum donis, atque ipſum conſtitue magnanimum, Dñe, in longitudinem dierum in veritate fidei.

Eodem. Chriſte, qui dediſti cætui pio Apoſtolorum pro-

probatorum puritate, potestatem in Ecclesia electa, & in cælo, prout convenit etiam; concede per gratiã Religioso coronam decoram gloria summi Pontificatus præclari, in ordine Patriarchatus, ut pascat populum tuum cum vigilantia, & mansuetudine secundum voluntatem tuam; & illum, qui perditus est per errorem, reducat sollicitus, & illum, qui in fide infirmus est, medicina sanet; & omnes insimul, ac unanimes glorificemus te assidue, & perpetuo.

Eodem. Christe Rex Regum, Domine noster, Jesu spes nostra, & honorificentia nostra, dignum fac servum tuum Deus noster, ut sit caput exercitui nostro, & pure regat cætum nostrum, pascat etiam totum gregem nostrum secundum voluntatem tuam, qui curam nostri geris Fili Altissimi noster auxiliator; & in diebus ejus multipli-

ܗܕܐ ܫܦܝܪܐ ܕܫܠܡܐ .
ܘܚܝܐ ܕܡܫܪܝ ܠܟ̈ܝ
ܠܫܦܬܢ ܘܠܠܫܢܢ ܢܣܩ ܫܒܚܐ
ܠܩܕܡܝܟ .

ܗܘ . ܕܡܪܝܡ ܘܡܫܦܠ ܟܠ ܥܕܢ .
ܫܘܦ ܕܥ ܕܐܬܝܬ ܠܗ ܠܥܡܐ
ܕܪܚܡ ܘܚܦܝ ܠܗ ܡܪܝ ܥܠܡ̈ܐ .
ܕܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܐܬܝ ܠܗ ܠܡܪܝ
ܡܫܝܚܐ . ܡܚܝܐ ܟܠ ܢܫܡܐ
ܘܪܘܚܐ ܕܟܠ ܒܪܝܬܐ . ܘܒܚܝܪ
ܕܒܚܪܬ ܐܢܘܢ ܠܟ ܡܪܝ ܥܠܡ̈ܐ
ܕܢܗܘܐ ܒܪ ܥܠ ܥܡܐ ܩܬܘܠܝܩܝ
ܕܢܗܘܐ ܪܥܝܐ ܘܡܫܓܚܐ ܠܟ̈ܢܝ
ܕܥܠ ܥܕܬܟ ܩܕܝܫ̈ܬܐ ܕܐܬ ܐܦ
ܒܕܡܗ ܕܦܪܩܬ ܠܢ ܫܠܡܐ
ܘܚܝܐ ܕܢܗܘܢ ܡܫܬܒܚ̈ܝܢ ܠܟ
ܒܦܘܡ̈ܢ ܘܒܠܫ̈ܢ̈ܢ ܢܣܩ ܫܒܚܐ
ܠܩܕܡܝܟ .

ܗܘ . ܕܡܪܝ ܡܫܦܠ ܟܠ ܥܕܢ .
ܫܘܦ ܕܥ ܕܐܬܝܬ ܠܗ ܠܥܡܐ
ܕܪܚܡ ܘܚܦܝ ܠܗ ܡܪܝ ܥܠܡ̈ܐ .
ܕܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܐܬܝ ܠܗ ܠܡܪܝ
ܡܫܝܚܐ . ܡܚܝܐ ܟܠ ܢܫܡܐ
ܘܪܘܚܐ ܕܟܠ ܒܪܝܬܐ . ܘܒܚܝܪ
ܕܒܚܪܬ ܐܢܘܢ ܠܟ ܡܪܝ ܥܠܡ̈ܐ
ܕܢܗܘܐ ܒܪ ܥܠ ܥܡܐ ܩܬܘܠܝܩܝ
ܕܢܗܘܐ ܪܥܝܐ ܘܡܫܓܚܐ ܠܟ̈ܢܝ
ܕܥܠ ܥܕܬܟ ܩܕܝܫ̈ܬܐ ܕܐܬ ܐܦ
ܒܕܡܗ ܕܦܪܩܬ ܠܢ ܫܠܡܐ
ܘܚܝܐ ܕܢܗܘܢ ܡܫܬܒܚ̈ܝܢ ܠܟ
ܒܦܘܡ̈ܢ ܘܒܠܫ̈ܢ̈ܢ ܢܣܩ ܫܒܚܐ
ܠܩܕܡܝܟ .

tiplica nobis pacem, ac tranquillitatem, qui nos lætificas, ut ex ore nostro, & lingua nostra ascendat ad te gloria omni tempore.

Eodem. Quia prævenisti eum. Respice de cælo Salvator, Creator altitudinis, & profunditatis, ac Vita omnis halitus, & odoratus; & electi tui hujus idonei, quem charitate, & anxietate elegimus, ut super nos Catholicus præesset, caput corona lucis tuæ radio, qui splendet præ fulgore; Benedic etiam illum omni honestate summi Pontificatus, quæ eidem congruit, & purum eum facito, ac mundum, Pastoremque vigilem & sedulum, qui Ecclesiam tuam sanguine tuo redemptam virga sermonis tui, & non securi pascat, uti convenit, & decet; eamque ad portum tutum perducat, liberetque ab angustia tentationis, & periculi mali, ac dif-

difficilis;& cum noviſſima tuba perſonat, tuuſque adventus omnibus appareat, ſurſum gratia tua ipſum elevet in regionem, quæ ſuperior eſt omni anguſtia, & cujus gaudium non deficit, ibi autem te collaudet ſine ſilentio, & ſine ceſſatione cum vigilibus.

Eodem, Chriſtus fons religioſitatis, & origo ſanctitatis, qui ortus eſt ex genere noſtro in fine ad redemptionem omnium creaturarum; & ex populo pleno nequitia elegit ſibi cœtum pium ad inſtitutionem omnium gentium, eoſque replevit gratia Spiritus ſancti ſanctificantis, & dedit eis claves regni cælorum ſtabilis, ut ſurſum ac deorſum æqualiter ligarent, & ſolverent juſtè; Elige ſervum tuum electione bona ad opus Patriarchatus, & unctione ſummi Pontificatus unge illum cum omni convenientia, & caput

ejus

ejus caſtè exorna corona ſummi Pontificatus; eum autem orna per amictum operum juſtitiæ, & per Maaphram verbi tui vivi; & indue eum virga paſtionis, quæ cuſtos eſt omnium mandatorum, ut oves tuas & gregem tuum, quæ ei commendaſti, cum cautela paſcat, & omni vigilantia; & operare per manus ejus ſigna, miracula, & prodigia, & cum veneris Domine noſter in fine ad judicandum omnes creaturas ad regnum tecum ingrediatur, tibique pſallat laudem novam.

Quod ſi per tempus licuerit, dicere poteris aliquos ex illis canonibus, qui deſcripti ſunt ſupra in Ordinatione Epiſcoporum, aut alios, qui infra in fine deſcribuntur.

Archidiaconus intonat: Pax:

Princeps Metropolitanorum orat: Dignum fac Domine

ſer-

ſervum tuum, cui credidiſti. *Vide a dextera tua* [*ſcilicet ſupra in ordinationem Epiſcoporum*]. *Et incipit Canone miſtum*: Deus noſter miſereatur. Effunde, & perfice gratiam tuam, Domine noſter, cum ſervo tuo. *Et dicunt* Gloria: *non tamen orant; ſed ponunt Evangelium ſuper dorſum ejus: & Metropolitæ imponunt manus ſuas ſuper caput ejus, & Epiſcopi imponunt manus ſuas ſuper corpus ejus; legit autem lectionem Epiſcopus Pheroz-ſapor, ſeu Anbaræ.* Cum autem veniſſet Jeſus in partes, *Uti deſcriptum eſt ſupra. Cumque lectio abſoluta fuerit, Archidiaconus intonat*: Pax. *Et recitant ſuper eum Metropolitæ, & Epiſcopi omnes, qui congregati ſunt, clara voce orationem iſtam.*

Gratia D. N. J. C. quæ omni tempore deficientia ſupplet cum beneplacito Dei Patris, & Filii ejus unici,

ci, & virtute Spiritus ſancti ab omnibus adorandi, Largitoris omnium bonorum: etiam nunc, Domine Deus, eligit in Eccleſia tua Orientis Coches matris Eccleſiarum Seleuciæ, & Cteſiphontis civitatum Arſaciarum, talem Metropolitam (21), *aut* Epiſcopum, *aut* Presbyterum, & Monachum in opus magnum Patriarchatus. Oremus omnes pro eo, ut adveniat ſuper eum donum tuum, Deus, & perficiat eum virtute, atque conſummet in miniſterio Patriarchatus, gratia, & miſericordia Unigeniti tui, cui tecum, & cum Spiritu ſancto gloria, honor, gratiarum actio, & adoratio.

Attollit vocem Conſecrator. Nunc, & ſemper. *Et ſignat ſeipſum; & Reſpondent*, Amen. *Archidiaconus intonat*: Pax: *Et recitant Metropolitæ*. Deus noſter bone, dives in miſera-

ſerationibus tuis. *Deſcripta eſt in ordinatione Epiſcoporum. Si autem Metropolita non fuerit, dicunt etiam ſuper eum*: Deus magne qui a ſeculo. *Oportet autem, ut in ea addant*: Et faciat in virtute nominis tui, & doni tui Metropolitas, & Epiſcopos, & Presbyteros, & Diaconos. *Et reliqua*. *Et hanc quidem precationem recitant Metropolitæ. Epiſcopi vero manum imponunt ei dumtaxat, oſtendentes per hoc ordinatum, & conſecratum ipſis honore majorem eſſe ac ſublimiorem* (22). *Reſpondent autem*: Amen. *Aut dicunt pro* Gratia, *quæ ſupra deſcripta eſt, hanc aliam*.

Gratia D. N. J. Chriſti quæ ſemper deficientia ſupplet ac perficit, cum beneplacito Dei Patris omnipotentis, & Filii ejus diſponentis omnia, & virtute Spiritus ejus cuncta perficientis, omniaque in omnibus operantis: etiam

nunc nutu ipſius, quo cuncta gubernantur, elegit Eccleſiæ ſuæ ſanctæ *talem* Metropolitam, *aut* Epiſcopum, *aut* Presbyterum, & Monachum, in opus magnum ſummi Sacerdotii Patriarchale. Oramus omnes pro eo tamquam Filii Paternitatis ejus, ut adveniat ſuper eum abundanter donum Dei, quod ipſi per Spiritum ſanctum ab eo conceditur, & perficiat, conſummet, ordinetque eum in hoc miniſterio, gratia, & miſerationibus ſuis, ad ſtabilimentum Eccleſiaſticæ Fidei, & ad perfectam perpetuamque populi noſtri ſalutem: nunc. *Et ſignat ſeipſum. Et pro,* Deus noſter bone, *hanc.*

Deus noſter bone, & benefactor. *Repete.* Dives in immenſis miſerationibus ſuis, & abundans in clementia Deitatis ſuæ; tu, Domine, per multitudi-

dinem Gratiæ tuæ ineffabilis posuisti nos, ut essemus mediatores istorum donorum tuorum divinorum, & cælestium, quæ dantur ab auxilio dominationis tuæ, & concedunter in adjumentum hominum, & in redemptionem communem per manus infirmitatis nostræ in Ecclesia tua sancta Sponsa tua, quam despondisti Filio tuo, & coronasti, redemisti eam per passionem Christi tui. Et secundum Apostolicam, Domine, traditionem, quæ de generatione in generationem ad nos deducta est, & ad nos usque pervenit per Chirotoniam, & impositionem manus ministerii Ecclesiastici; beneplacito, consensu que Trinitatis sanctæ, & concessione Patrum nostrum Religiosorum, qui in occidente sunt, in hac potissimum Cochensi Ecclesia, communi Matre omnium Ecclesiarum Orthodoxorum;

ܩܕܡ ܟܝܢܐ ܕܐܠܗܢ ܡܪܝܐ ܫܒܝܚ ܠܟ ܡܫܒܚ ܠܟ ܡܫܬܒܚ ܠܟ ܡܫܬܒܚ ܠܟ ܡܫܬ

qui ordinatur, et conſtituitur Catholicus Patriarcha in Arſaciis civitatibus Seleucia, et Cteſiphonte, et ad totam politiam [Gubernationem] Orientis, et occidentis (24), ad quam ſegregatus eſt. Orate pro eo. *Reſpondet populus*: dignum, et juſtum eſt, *ter*: *& recitant Metropolitæ omnes voce, quam ipſi intelligant orationem hanc*.

Nos quoque exules,(25) quibus commendata eſt magna domus Dei, quæ eſt Sancta Eccleſia, juſſu Dei Patris veritatis, et beneplacito ejus dilecti Filii D. N. J. C., et permiſſu Spiritus paracliti: in verbo vivo, et immortali, quo ſancti Patres noſtri donum iſtud glorioſum Patriarchatus dederunt ſanctæ huic Sedi, quæ eſt in magna iſta Cochenſi Eccleſia in Seleucia, et Cteſiphonte Arſaciis civitatibus: accedimus et nos tenues

ܐܬܬܚܢܢ ܒܥܒܕܟ ܡܣܟܝܢ ܘܥܢܝܐ ܕܥܡܟ ܒܥܝܢ ܐܦ ܗܢ ܡܘܗܒܬܐ ܪܘܚܢܝܬܐ ܕܬܬܛܪ ܒܝܕ ܪܒ ܗܢ ܕܐܬܦܪܫ ܕܢܬܛܪ ܒܝܕ ܗܢ ܪܒ ܕܢܬܒ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܗܕܐ ܩܕܝܫܐ ܥܕ ܝܘܡ ܓܠܝܐ ܕܡܪܢ ܝܫܘ ܡܫܝܚܐ ܘܢܗܘܐ ܥܡ ܗܢ ܒܪܘܚܐ ܚܕ ܒܫܘܠܡܐ ܘܒܚܕܘܬܐ ܒܠܐ ܦܠܓܐ ܘܒܠܐ ܫܘܬܦ ܟܠ ܝܘܡܝ ܚܝܐ ܕܢ ܘܗܘ ܡܫܝܚܐ ܢܛܪ ܠܗ ܠܗ ܪܒ ܗܢ ܒܠܐ ܦܠܓܐ ܡܢ ܟܠ ܒܥܠ ܕܒܐ ܘܢܦܩ ܕܝܢ ܕܝܠܗ ܒܢܨܚܢܐ ܘܢܬܬܩܦ ܐܝܕ ܝܡܝܢ ܘܒܚܝܠ ܪܡ ܘܒܫܠܝܛܘܬ ܪܘܚ ܩܘܕܫܐ ܕܠܐ ܢܦܠ ܩܕܡ ܒܥܠ ܕܒܐ ܐܝܟ ܕܢܬܬܩܦ ܒܗ ܟܠ ܡܠܬܐ ܕܫܘܪܪܐ ܘܢܬܬܩܝܡ

num iſtud magnum Patriarchatus. *Repete.* Quod eſt tuum, tuque ei dediſti. Cuſtodi etiam nobis conſenſum hunc cum eo juxta pactum tuum verum, quod feciſti cum Abraham, et Iſaac, et Jacob, et cum tota Eccleſia tua ſancta, quam tibi elegiſti, etiam, Amen. Et da Domine perfectionem, quæ a te provenit, et gratia tua, ac auxilium miſericordiæ tuæ ſint ſuper populum tuum, et ſuper Eccleſiam tuam, quam elegiſti tibi, omnibus diebus ſæculi. *Et attollit vocem princeps Metropolitarum*: Nunc, et ſemper, et in ſæculum ſæculorum. *Reſpondent*. Amen.

Tunc afferunt Kaphilam, & princeps Metropolitarum illam ſuper caput ejus demittit; & induit eum Biruna; & tradit illi Baculum ipſius in manum ejus, ſignatque eum in fronte dicens. Se-



Segregatus eſt, et ſanctificatus, et perfectus, et conſummatus, et ordinatus eſt talis in magnum opus Patriarchatus, pro magna Eccleſia Cochenſi in Seleucia, et Cteſiphonte, et pro toto Orientis regimine, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus ſancti in ſæcula. *Reſpondent*. Amen.

Tum accedunt duo Metropolitæ, alter a dextris, & alter a ſiniſtris ejus, & ſtatuunt eum coram Altari: qui tribus vicibus adorat, gratias agens pro conceſſo ſibi dono: & convertit faciem ad occidentem. Metropolitæ vero accedunt, & adorant coram eo, & ſalutato eo, ſtant hinc, & inde: & poſt eos, Epiſcopi: deinde univerſus cætus, qui in Cancellis eſt, adorat coram eo, & benedictione ab eo accepta, ſtant unuſquiſque ordine ſuo. Incipit autem Catholicus hymnum Cancellorum:

rum : Domine noſter in miſerationibus tuis . *Aut* : Turbæ cruce redemptæ . Gloria . Chriſte ſervator noſter , tu conſerva. *Aut* : Eccleſia glorioſa . *Et egrediuntur ad Bema* (26) ; *oratque Catholicus , & dicunt* : Tibi Dñe, & , Sanctus: *juxta ordinem . Dum autem prima Prophetiæ lectio incohatur , dicitque Diaconus*: ſedete, & ſilete : *Accedunt Metropolitæ Elam, & Sobæ* (27), *& Perath-Meſenæ* (28), *& reliqui deinceps , unuſquiſque ordine ſuo , apprehenſumque eum a dextris , & a ſiniſtris,collocant in Sede Patriarchali: Baculoſque Metropolitarum tollunt ab eis, quoniam non licet eis coram Patriarcha Baculos tenere ; Epiſcoporum autem Baculi jam antea detracti fuerant . Lectiones autem , quas legunt , ſunt hæ* : *Prima* : Ecce Teſtem gentibus : *Secunda* : Antequam formarem te in utero : *Initium* : Do-

Domine in virtute tua lætabitur Paſtor. *Unus Epiſcoporum legit Apoſtolum*: Hoc mandatum commendo. *Patriarcha legit Evangelium ex Johanne*: Qui non intrat per oſtium in ovile ovium. *Et dicit Homiliam: aut præcipit uni ex Metropolitis, ut legat, & alter Homiliam habeat, & alius Liturgiam celebret, ſi ipſi placuerit: quod enim ſibi libuerit, id præcipit. Tum intonant primam Prædicationem Diaconi omnes: ſecundam Presbyteri; Antiphonam myſteriorum (ad communionem) Oeconomi(29). Cumque myſteria abſoluta fuerint, procedentes ad Ædes Mar Timothei (30), incohant communem hymnum: cum verò eo pervenerint, dicunt,* Gloria, *&,* A ſeculo: *& unuſquiſque eorum orationem recitat. Tum unus ex eis, concione habita, benedicit Populo. Univerſa autem turba comedit, & bibit coram eo in illa die.*

Ma-

Mane autem feriæ ſecundæ ſub ortum ſolis præparant Sedem ante ædem Marſalibæ (31). *Conveniunt verò Metropolitæ omnes, & Epiſcopi, & Presbyteri, & Diaconi, & Fideles in Eccleſiam: & orant, incipiuntque Pſalmum initii:* Cantate Domino Canticum: *Vel*, Dominus regnavit, exultet, *Vel*, Exaltabo Te, Dñe, *in fine tertii toni. Tum orant, & incipiunt Cantus: Tono I.*, Pater noſter qui es in cælis, *quantum volunt. Et ſubjungunt Tono ſecundo:* Per virtutem: *Cumque ab Eccleſia egreſſi fuerint, & ad oſtium Scholæ pervenerint Metropolitæ omnes, & Epiſcopi una cum Patriarcha, paramentis ſacris induti, & Baculos manu tenentes, procedunt Scholaſtici cum Cruce, Evangelio, Thuribulo, & lampadibus, & clamant, dicentes:* Benedic Dñe. *Quibus Præſul, qui reperitur,*

tur, benedicit. Tum induos choros distributi, cantus omnes, ut in Hosannis fieri solet, consequenter disponunt usque ad Ecclesiam Cochensem, quam ubi intraverint, dicunt, Gloria, & a seculo: & orant, & absolvunt orationem. Deinde in Cœnobium Koni (32), quod est Sancti Maris Apostoli, descendunt. Cenobitæ autem usque ad Tigrim obviam ei procedunt, tribusque vicibus coram eo exclamant: Benedic Domine. Quibus ille benedicit, incohatque Cantus Apostolorum, & Occursus a ripa Tigris, usque ad mansionem Apostoli: sternuntque coram eo strata, ne humum pedibus conculcet: peractisque Sacramentis, pacem precantur, & salutem dicunt. Deinde procedunt ad Monasterium Sancti Gabrielis in Charsa (33), Monachis obviam ei cum solemni pompa procedentibus. Cumque Li-

tur-

turgiam celebraverint, panem manducant in eodem Cœnobio. Inde in Naves descendunt, & Bagdadum redeunt ad Sedem Patriarchalem: excipiuntque eum solemniter primum quidem Mahuzitæ (34), deinde Hirtenses, tertio autem in Monasterio S. Phetionis Martyris (35), quod ad Sirtam fluvium situm est. Explicit Chirotonia Patriarchæ. Et Dño nostro gloria, Amen.

(1) Quatuor titulis appellatum legimus Seleuciæ, & Ctesiphontis Antistitem, qui hodie Patriarcha Nestorianorum audit; *Episcopi*, scilicet, *Archiepiscopi*, seu *Metropolitæ*, *Catholici*, & *Patriarchæ*. In Actis Martyrum Orientalium, & apud Antiquos Scriptores Syros, Græcos, & Latinos solus *Episcopi Seleuciæ, & Ctesiphontis* titulus occurrit. Sozomen. *lib. 2. cap. 9.* *Archiepiscopi* titulo S. Simeonem ornat. In Epistola Synodica, quæ ab Occidentalibus ad Orientales missa perhibetur, idem *Archiepiscopus*, *Metropolita magnus* dicitur. Apud Cosmam Indicopleusten *Archiepiscopus Persidis*, & *Catholicus Episcopus*, appellatur Patricius, seu Marabas. Omisso Seleuciæ, & Ctesiphontis nomine, alicubi *Catholicus* absolutè, sæpius cum addito *Orientis* dicitur. Canone Arab. Nicæno 37. Princeps Sedis Seleuciæ titulo *Catholici* appellari debere constituitur. Catholico titulus *Patriarchæ* accessit. Et nunc quidem omnes Nestorianorum Patriarchæ hunc Epistolis suis titulum præfigunt: N. *Catholicus Patriarcha*: vel N. *Patriarcha*: adduntque Sedis nomen. Vera autem Patriarchæ Sedes, ac titulus antiquissimus *Seleucia*, & *Ctesiphon est*. Quoniam verò Seleucia Babyloni, Bagdadum Ctesiphonti succesit, recentioresque Bagdadum pro Babylone accipere consueverunt; hinc factum est, ut Nestorianorum Patriarcha Seleuciæ, & Ctesiphontis titulum in *Babylonicum*, & *Bagdadensem* mutave-

taverit. Sicut Bagdadenſis ſeu Babylonici; ita & *Moſulani* titulus Patriarchæ Neſtorianorum adhæſit, ex fixo ſcilicet in ea Urbe domicilio. Quoniam verò nonnulli Catholici, ut Sulaka, & Abdieſus a Romanis Pontificibus confirmati in Urbe Moſul, ubi Neſtoriani Patriarchæ morabantur, Sedem figere nequiverunt, Amidam profecti ſunt, hinc pro Moſul nomen Amidæ uſurpare cæperunt. Alios Sedi ſuæ titulos Neſtoriani Patriarchæ adjungunt; ab Apoſtolis ſcilicet, qui Aſſyrios, Perſaſque docuiſſe perhibentur, a populis, quibus ipſi præſunt, & a mundi plaga, quam incolunt, petitos. Elias Patriarcha in epiſt. ad Paulum V. ſe dicit Patriarcham Babylonis: *inſerviens ſedi S. Thaddæi, & cui crediti ſunt omnes greges Orientalium Chaldæorum*. Timothæus Secundus ſediſſe dicitur ab Ebedjeſu Sobenſi *ſuper Thronum Apoſtolicum Sancti Domini Maris Apoſtoli*. Idem Timotheus ſe ſubſcribit: *Catholicus Patriarcha Orientis*. Jaballaha in Epiſt. ad Benedictum XI. hoc titulo ſe nominat: *Catholicus*, & *Patriarcha totius orientis*. Simeon in epiſt. ad Innocentium X. *Catholicum Patriarcham Chaldeorum* ſe inſcribit. Elias in epiſt. ad Paulum V. nomen ſuum ſubſcribit: *Elias miniſter Sedis orientalium*. Joſeph II. in vita ſua, a ſe conſcripta. *Ego Joſeph Secundus Dei gratia Chaldæorum Patriarcha*. Ex memoratis titulis hos nunc præ ceteris uſurpant: *Patriarcha Orientis*: *Patriarcha Orientalium*: *Patriarcha Chaldeorum*: vid. Aſſeman. *tom.* 4. *cap.* 11. §. 2. & 3.

(2) Electio & ordinatio Patriarchæ deſcribitur in Pontificali: plura infrà ex Nomocanone Syro-Neſtoriano adnotabimus; illud autem hic adnotandum cenſemus, quod Electio, & ordinatio fiat in Synodo, & quidem celebranda Seleuciæ, ſeu in Eccleſia magna Coches in Mahuza. Loca autem, ubi Neſtorianorum Patriarchæ manſionem habuere, ſequentia fuiſſe Aſſemanus ex ipſorum hiſtoria colligit *cap.* 11. §. 3. Seleuciæ apud Eccleſiam Cochenſem habitarunt a primo Chriſti Seculo uſque ad octavum, quo Bagdadum ab Almanſore Chalipha conditum eſt. Ejus Eccleſiæ fundationem S. Mari Adæi diſcipulo, Chaldæi tribuunt; atque idcirco novus Seleucienſis Archiepiſcopus ibi manus impoſitionem accipit. A Maraba Catholico expenſis Abdelmeſſiæ Hirtenſis ampliata fuit. Binæ aliæ Eccleſiæ, totidemque Cœnobia in Pontificali memorantur, ubi etiam Archiepiſcopus Seleucienſis manere conſueverat: nimirum Sancti Maris in Dorkena, & S. Gabrielis ad Tigrim fluvium. Aliud apud Cochen Monaſterium exſtitit, quod *Sabarjeſu* nuncupatur. Dadieſus Patriarcha in Cœnobio Arcæ, quod in Cardois montibus erat, aliquandiu manſit: Eliſeus Spaniræ in Urbe Cteſiphonte: Ananjeſus in Cœnobio Jonæ apud Niniven: Marabas Secundus in Cœnobio Vaſetæ. Primus Bagdadi electus fuit Ananjeſus Secundus in Eccleſia S. Phetionis temporibus Almohdii Manſoris filii Chaliphæ. Ejus ſucceſſor Timotheus in altera Bagdadi Eccleſia, quam

Abadi

Abadi vocant, ab Ephremo Elamitarum Archiepiſcopo Conſecratus, exſtructo in eadem Urbe Cœnobio, cui nomen *Caliliesu* impoſuit, domicilium ibi fixit, cum antea in regione, quæ *Catiba matris Giaaphari* dicitur, habitaſſet. Tres itaque in Bagdadenſium Civitate Eccleſiæ, totidemque Patriarcharum Cœnobia exſtitere: nimirum S. Phetionis, Alterum S. Simeonis Barſabòe in *Abadi*, ſeu loco, quem *Darelrum*, hoc eſt, *ædes Romæorum* vocant: Tertium a Timotheo Patriarcha exſtructum, *Caliljeſu*, & *Catholici* nomen obtinuit. In hiſtoria Neſtoriana, Patriarcharum quidem Electio Bagdadi facta legitur, conſecratio autem in Eccleſia Cochenſi Modainæ: tum verò, poſtquàm Cœnobia S. Maris Dorkenæ, & S. Gabrielis ad Tigrim viſitata fuerint, fixum Bagdadi domicilium nunc in Cœnobio Caliljeſu, nunc in ædibus Romæorum, & aliquando in Monaſterio S. Phetionis. Poſtquam Motaſemus Chalipha an. Hegiræ 220. Sarmantaiam ædificavit, Bagdado relicto, nonnulli Patriarchæ ibi ſedem fixere. Joannes Narſetis filius electus Sarmantaiæ, Bagdadi in ædibus Romæorum habitavit, poſtquam quinquennium in Cœnobio Vaſetæ manſiſſet. Mares Tobi filius ſedem ſuam bis relinquere coactus, ad Cœnobium Anbaræ divertit: Bagdadi poſtea moram duxit. Bagdado a Tartaris an. Chr. 1258. expugnato, Hulachus Machichæ Patriarchæ ad habitandum ædes Chaliphæ dedit ad Tigrim ſitas, unde poſtea an. 1295. Jaballaha a Mahometanis ejectus, in Eccleſia, quæ *vici tertii* appellatur, aliquandiu moram duxit: deinde in Maragam Urbem ſe contulit, ibique amplum Cœnobium fundavit. Denha Jaballahæ præceſſor an. 1268. excitato Bagdadi tumultu, Arbelam profectus, ibidem Eccleſiam in Caſtello Urbis exſtruxit. Denha alter Neſtorianus ann. 1338. Carmeliſæ in partibus orientis verſabatur. Geziræ in Cœnobio SS. Eugenii & Achæ manſionem fecerunt Simeon an. 1490. Elias an. 1503. & Simeon an. 1504. Amidæ Sulaka an. 1553. In Urbe Seert Abdieſus an. 1562. & Ahatalla an. 1565. In Moſulana Civitate Elias Simeonis Denhæ ſucceſſor, & quotquot ipſum excepere ad hanc diem, quibus Eliæ nomen impoſitum. In Ormia Simeon Ahatallæ ſucceſſor an. 1580. In Monaſterio Cananes Simeon alter an. 1600. In Cœnobio S. Georgii in Urbe Huſarba regionis Salmaſæ Simeon Tertius an. 1653. Denique Amidæ in Meſopotamia Joſeph I. II. & III.

(3) Eccleſia Patriarchalis vacans non modo a proprio Clero adminiſtratur; ſed etiam ab Epiſcopis Provinciæ Patriarchicæ, ac præſertim a Caſcarenſi Præſule, aliiſve, qui eo abſente in Pontificali nominantur; nec non a Primoribus Laicis, quales erant Archiatri, Scribæ, aliique Chriſtiani Chalipharum Principumque infidelium adminiſtri: nec hi tantum vacantem Sedem una cum Electo ejuſdem Cuſtode regunt, verum etiam in Electione Patriarchæ ſuam operam conferunt. Quum enim Chalipharum

Sara

Saracenorum Sedes Bagdadi translata est, ibique Domicilium suum Patriarchis figentibus lex lata est, ut in eadem Urbe in Cœnobio Patriarchali fieret quidem novi Catholici electio, sed illius consecratio non alibi, quam Seleuciæ in Cochensi Ecclesia juxta antiquam consuetudinem perficeretur. Medici, Scribæ, aliique Primores Nestoriani, qui Chalipharum ministerio addicti plurimum in aula regia poterant, in Patriarcharum quoque electione primas sibi vendicabant. Cœterum, etsi populi vota suffragiis Cleri minimè exequentur; hæc tamen in universo electionum negotio apud Syros obtinuit consuetudo, qualis describitur a S. Leone Ep. 84. ad Anastasium Thessalonicen „ Cum de Summi Sacerdotis electione tractabitur, „ ille omnibus præponatur, quem Cleri, Plebisque consensus concorditer „ postulant „ Et ep. 87. „ Vota civium, testimonia populorum, honoratorum „ arbitrium, Electio Clericorum in ordinationibus Sacerdotum expectan„ tur „ Assemanus Patruus varia talium electionum opera Medicorum, & Archiatrorum celebratarum exempla producit *tom. 4. cap. 11. §. 6.*

Thomas a Jesu *de converſ. omnium gentium procuranda* de Nestorianis scribit „ Patriarcham non per electionem, sicut & aliæ nationes, creant, „ sed potius per renunciationem de uno in alterum, quasi jure hæreditario „ Sed hoc absolutè verum non est; Nam per designationem a vivente Patriarcha creatur futurus successor: nimirum puer quispiam ex cognatis, & consanguineis a matrimonio ineundo arcetur, a carnium esu abstinere jubetur, Sacerdotio initiatur, & ad occupandam post viventis obitum Sedem, edito in vulgus decreto destinatur. Hunc Ecclesiasticis legibus, & disciplinæ Nestorianorum expressæ etiam in Pontificalibus ipsorum libris morem induxere Nestoriani Patriarchæ ex familia *Mamæ*, qui ab anno 1500. ad hanc diem Throno Patriarchali in Mosulana Civitate incubarunt. Andreas Masius in Ep. ad Augerium Busbeckium narrat hanc potissimum fuisse electionis Sulakæ Causam, ut abusum illum interrumperet Exceptis itaque Sulakæ, Abdiesu, Ahatallæ, & Simeonis Denhæ electionibus ab orthodoxo populo secundum antiquam ferè consuetudinem peractis, non amplius per electionem, sed quasi hæreditario jure Patriarchæ creari cœperunt.

Electionis per Sortem nulla in Pontificali fit mentio, quin & excludi videtur iis verbis: *tum communi sententia personam eligunt juxta canonem, & definitionem*: nimirum Nicæni concilii *can.* 4. & 6. quibus definitur. „ „ Episcopum oportere maxime quidem ab omnibus, qui in Provincia sunt, „ Episcopis constitui: Si vero hoc difficile fuerit, aut propter urgentem „ necessitatem, aut propter itineris longitudinem, tres omnino in idipsum „ convenientes, dummodo consenserint, qui absunt, & per literas ap„ probaverint, electionem facere. Quod si communi omnium electione le„ gitima, & secundum canonem Ecclesiasticum facta, duo vel tres priva-

„ ta

„ ta contentione contradicant obtinere plurium ſententiam „: Si quando tamen plures dignitate Patriarchali æquè digni judicabantur, adhibita aliquando fuit ſors. Patres nimirum congregati nomina promovendorum deſcripta in Schedulis in Urnam referebant, Schedulam albam adiicientes. Facta ſupplicatione, & vigilia, ac liturgia peracta extrahebatur in Synodo ex Urna Schedula, & is Patriarcha proclamabatur, cujus nomen deſcriptum legeretur. Vid. Aſſeman. tom. 4. pag. 662. Loco ſortis, narrat Amrus in vita Emanuelis Patriarchæ, demandatam non ſemel a Patribus cuipiam poteſtatem deſignandi quemcumque ipſe vellet ex Candidatis. Apud Græcos 6. Seculo invaluit mos *de trium electione, quorum unus judicio Ordinantis declararetur* ex Juſtiniani novella 133. & 137. Ab Ordinante optio unum ex tribus electis deſignandi tranſiit ad Imperatorem, ut Codinus Curopalates lib. de Offic. cap. 20. ſcribit. Sed de hac re conſule Habertum obſervat. 9. 17. 18. ad Ritum Electionis, & deſignationis Patriarcharum, Epiſcoporum, & Archimandritarum.

(4) Bagdad Urbs eſt Chaldææ notiſſima, quæ Cteſiphonti ſucceſſit, ſicut Seleucia Babyloni, ut ſupra monui. Bagdadum ab Almanſore, ſecundo Abbaſidarum Chalipha, an. Hegir. 140. cis Tigrim fluvium conditum; ab Almohdio poſtea ejuſdem Almanſoris Filio juxta Geographum Nubienſem, vel ab Almuſtadiro Billa an. Heg. 487. Ch. 1095. ſecundum Emir-Chondum Perſarum hiſtoricum, in alteram fluvii partem translatum, Chalipharum Moſulmanorum uſque ad an. Heg. 656. Ch. 1258. Sedes fuit. Ibi Neſtorianorum Patriarchæ, qui apud Chaliphas plurimum pollebant, domicilium fixere. Chalipharum in Neſtorianos propenſio inde orta videtur, quod Mahometus illorum ſuperſtitionis, & imperii fundator, Neſtoriano, ut communiter creditur, præceptore uſus fuerit. Hinc primò adhibiti a Chaliphis ad regimen Provinciarum, Urbium, Oppidorum, ex eadem ſecta Præfecti, quorum mentio in hiſtoria Neſtoriana frequenter occurrit; ac præſertim in Adiabene, & in Aſſyria, ubi plurimi habitabant. Secundò, tam Chaliphæ, quam regni Arabici proceres Neſtorianis Scribis, Mediciſque uſi; quorum tanta Auctoritas in Chriſtianos ſuæ ſectæ erat, ut neque Patriarcharum electiones, neque negotia Eccleſiaſtica ipſis inconſultis conficerentur. Tertiò, Patriarchæ Neſtoriani cæteris Melchitarum, Jacobitarum Patriarchis & Epiſcopis Prælati, iiſque ſolis Patriarchica dignitas aſſerta in regno Babylonico. Diplomata præterea a Chaliphis obtinuere, ut Græcis, & Jacobitis Metropolitanis inde ejectis, ſibi ſolis liceret in Urbe Bagdado commorari, ſedemque figere; hinc & novi Patriarchæ electio ibi facienda præſcribitur; quique Neſtorianorum Antiſtes appellabatur, eum Bagdadi Patriarcham Jacobitæ, Græcique nuncupare cæperunt. Sed & Neſtoriani Scriptores Babylonis antiquæ Aſſyriorum Urbis nomen Bagdado

do imponentes, eos prærogativos honores Babyloni tribuerunt, quos ſupremi ſectæ ſuæ Præſules Bagdadi commorantes ſibi vendicaverant. *Aſſem. tom. 4. pag. 96. & 625.*

(5) Caſcara Urbs in Chaldea, ſeu Babylonia; in territorio Caſcaræ condita fuit Vaſeta urbs Erak Babylonicæ ad Tigrim fluvium ab Hagiagio ſub Abdalmalecho V. Mahometanorum Chalipha intra tamen Babyloniam, æquali ſpatio, hoc eſt, 50. Paraſangis diſtans a Bagdado, Cupha, & Baſra: hinc vaſetæ, hoc eſt, mediæ, nomen oppido impoſitum. Inter Provinciæ Patriarchalis Epiſcopales Urbes prima eſt Caſcara. Amrus in vita Maris „ Huic (ſcribit de Caſcara) Epiſcopum inſtituit, qui primus in „ iis regionibus ordinatus eſt; atque idcirco primas omnium tenet, eſtque „ Sedis Patriarchalis Cuſtos „ Sed alii dicunt, teſte Mare Salomonis apud Aſſeman. tom. 4. pag. 23. Sedium ordinem non ante definitum fuiſſe, quam S. Maruthas Majapharchinenſis Eccleſiæ Epiſcopus Concilium cum S. Iſaaco Catholico celebraſſet, & in eo quidem Concilio Canon unus conditus legitur, ut Caſcaræ Epiſcopus omnium Epiſcoporum primas teneret, ſediſque Patriarchalis Cuſtos eſſet. *Elias Damaſcenus* (Aſſeman. tom. 4. pag. 735.) Badaraiam. & Baxaiam Caſcaræ coniunctas Eccleſias teſtatur. Eidem Vaſetam adjunctam fuiſſe, ex Amro conſtat.

(6) Sectæ Neſtorianæ Antiſtes omnibus Neſtorianis præeſt ubicumque terrarum verſentur, nec Patriarchalis ejus poteſtas ullis apud eos definitur limitibus. Sed quoniam illum conſiderant uti Primatem, ſeu Catholicum; uti Epiſcopum, & uti Archiepiſcopum ſeu Metropolitanum; idcirco ad Neſtorianæ ſectæ diſciplinam declarandam, juvat ex Aſſemano Patruo quædam carpere. Tamquam Chaldæorum Perſarumque Catholicus, a Meſopotamiæ finibus uſque ad extremos Indiarum terminos, Metropolitas Epiſcopoſque omnes ditioni ſuæ ſubjecit, qui olim a duobus Primatibus, Seleuciæ nimirum, atque Perſidis, pendebant; poſtea unum Neſtorianorum Catholicum Seleucienſis Eccleſiæ Antiſtitem agnoverunt. Sunt autem Metropolitæ. 1. Elamitarum, ſeu Gandiſapor. 2. Niſibis. 3. Perath-Meſenæ, ſeu Baſſoræ. 4. Aſſyriæ, ſeu Adiabenæ, alias Arbelæ, & Moſul. 5. Beth-Garmæ, ſeu Beth-Seleuciæ, & Carchæ. 6. Halavanæ, ſeu Haſachæ. 7. Perſidis, ſeu Ormi, Salmaſæ, & Van. 8. Maru, ſeu Choraſanæ. 9. Haræ, ſeu Heriunitarum. 10. Razichitarum, ſeu Arabiæ, & Cotrobæ. 11. Sinarum. 12. Indiæ. 13. Armeniæ. 14. Syriæ, ſeu Damaſci. 15. Bardaæ, ſeu Adorbiganæ. 16. Raiæ, & Tabreſtanæ. 17. Dailamitarum. 18. Samarkandæ, & Mavaralnaharæ. 19. Caſgaræ, & Turcheſtanæ. 20. Balchæ, & Tochareſtanæ. 21. Segeſtanæ. 22. Hamadanæ. 23. Chanbalek. 24. Tanchet. 25. Chaſemgaræ, & Nuachetæ.

Ut verò Seleuciæ, & Cteſiphontis Epiſcopus, utramque Urbem regit.

Trans-

Translata autem primo Bagdadum, deinde Mosulum sede, Episcopalem etiam Diœcesim ampliavit binis hisce civitatibus Seleuciensi Ecclesiæ adjectis. Idem dicendum de Josephis Patriarchis, qui Amidæ sedem fixere, deque Simeonibus, qui in Ormi, aliisve Mediæ, seu Persidis locis morantur. Urbes enim illas Metropoliticis, sive Episcopalibus privilegiis exutas, suo subiecere imperio.

Denique tamquam Babyloniæ, Assyriæque Archiepiscopus, & Metropolita, propriam habet Provinciam, quæ *Magna*, *Catholici*, & *Patriarchalis* appellatur; Habet autem subjectos Episcopos, 1. Cascaræ, 2. Zabæ, seu Zuabiæ, 3. Hirtæ. 4. Akulæ. 5. Vasetæ. 6. Anbaræ, & Haitæ. 7. Nipharæ. 8. Tirhanæ. 9. Ocbaræ. 10. Senæ. 11. Kosræ. 12. Radani. 13. Badarajæ, & Baxajæ. 14. Buazichæ. 15. Abdalæ. 16. Dasenæ. 17. Camulæ. 18. Naharvanæ. 19. Nahardairæ, seu Dair Heraclii. 20. Nili. 21. Telæ, & Barbeliæ. 22. Naamaniæ. 23. Sigaræ. 24. Rakæ. 25. Hephtonæ. 26. Beth-Daronæ. 27. Maaltaiæ, & Honitæ. 28. Haditæ. 29. Baladæ. 30. Themanonæ. Harum Ecclesiarum quædam ad Bethgarmensem Metropolitam olim pertinebant, aliæ ad Nisibenum, nonnullæ ad Adiabenum, & Mosulanum. Plura dabit Patruus, & ex eo cl. le Quien. *Orien. Christ. tom. 2. a pag. 1077.*

(7) De Sedis Patriarchalis Custode diserta mentio fit in Pontificali, ejusque officia, ut vides, describuntur, sed omisso, quod ex Amro nota 5. descripsimus, certum est a Josepho Patriarcha an. 22. Chosroe Anuscervani, Christi 553. editum fuisse in Synodo sequentem canonem, in ordine 21. „ Cum Patriarcha decesserit, ejus locus commendetur Episcopo Cascaræ; qui „ ubi primum illius obitum compertum habuerit, aut de eo per literas certior „ factus fuerit, Seleuciam, & Ctesiphontem properet: ipse enim est Sedis „ hujusce rector, & Custos. Scribat autem ad Metropolitas, & Episcopos, ut „ ad electionem accedant. Quod si ipse hoc per se, aut ex literis noverit, „ nec tamen adesse studuerit, eaque re a Synodo examinata, deprehensus fue- „ rit id sine legitima causa fecisse, a Sacerdotii ministerio arceatur, donec „ pœnam de ipso Pater exigat „ *Vid. Asseman. tom. 4. pag. 650.*

(8) Zabæ, Arabibus *Zuabia*, regio Assyriæ trans Tigrim inter utrumque Zabam (Zaba major, seu Diaba, seu Iycus dicitur, minor Adiaba, vel Caper) posita, indeque pluraliter Zabæ, & Zuabia dicta, Episcopatus in Provincia Patriarchali, Naamaniæ, Niloque Conjunctus. Naamania inter Bagdadum, & Vasetam, in ea regiuncula, quæ ad Zabam majorem refertur a Naamane Arabum rege Monderi filio ædificata dicitur. Nilus Urbs Episcopalis in Babylonia ad Diœcesim Patriarchalem spectans, olim distincta a Naamania, postea tamen cum Naamania, seu Zuabia, nec non cum Badraja conjuncta fuit. Assemān. pag. 787. 765. 766.

(9) Hir-

(9) Hirta, Arabibus Hirah: Urbs in Eraka Babylonica, a Cupha, ſeu Akula tribus paſſuum millibus diſtans. In hac Urbe plurimi Neſtoriani, ac Jacobitæ olim morabantur, Phylarchi Arabum patrocinio freti. In hac Urbe Baptiſmum ſuſcepit Marabas Catholicus ex Magorum ſecta converſus. Abraham Monaſticæ vitæ apud Neſtorianos propagator circa an. 502. ibi aliquandiu moratus eſt, antequam in Aegyptum Babæo Patriarchalem dignitatem adminiſtrante proficiſceretur. Hirtenſes Neſtoriani cum Garmeis Ananjeſum II., cum Caſcarenſibus Abrahamum Margenſem creandos curarunt an. Ch. 774. 836. Eoſdem inter & Caſcarenſes an. 877. de Procdria ortum eſt diſſidium, quod certis conditionibus Iſrael Caſcaræ Epiſcopus compeſcuit. Hirtæ Schola, & Epiſcopalis Sedes ejuſdem ſectæ. Akula Urbs ad Euphratem fluvium in confinio Arabiæ deſertæ, Arabibus Cupha, in Chaldæa provincia, ſeu Erak, quam Geographus Nubienſis a Bagdado. V. Manſionibus diſtare affirmat; Cupha Sedes Chalipharum aliquando fuit, poſtea Anbara, deinde Haſcemia, demum Bagdadum. Antiqui Arabum characteres *Cuphenſes* dicti ex eadem Urbe, ubi diu Schola floruit Baſræ æmula. Aſſem. 716. 756.

(10) Anbara Urbs Epiſcopalis in Provincia Patriarchali ad Euphratem ſita a Bagdado paraſangis 10. diſtat. Ibi Sapphahus Abullabaſus primus Abbaſidarum Chalipha Sedem aliquandiu fixit. Bina Anbaræ Neſtorianorum Cœnobia, totidemque Eccleſiæ exſtitere, Cyriaci ſcilicet, & Jonæ. Anbara alias Pheroz-Sapor dicta eſt. Aſſem. pag. 718.

(11) Niphara, Naphara, Niphar, Naphir Urbs Epiſcopalis in Babylonia ad Patriarchalem Provinciam pertinens, cui poſtea Nilus, & Naamania adjunctæ. *Aſſeman. pag. 766.*

(12) Koſra Arabibus Alkaſr, Urbs Epiſcopalis in Babylonia ad provinciam Patriarchalem ſpectans. Qui Geographiam Arabicam Latine reddidit, eandem Civitatem vocat *Alcatſar*, ideſt Caſtellum *filij Hobairæ*. Abulpheda id nomen ad Jazidum filium Omari ben-Hobairæ refert, qui Babyloniæ præſes fuit temporibus Meruani poſtremi Ommiadum Chaliphæ: additque Koſram, ſeu Kaſram diſtare ab alveo Euphratis duabus paraſangis, pontemque Suræ vicinum habere ex parte Babylonis veteris, Cherbelam verò Urbem ad occaſum ex parte deſerti, rivulum denique ad illam ex Euphrate deductum. In hiſtoria Maris, & Amri eadem Urbs Naharvanæ conjuncta legitur. Ebedjeſus 1. qui ab an. 963. ad an. 986. præfuit, Koſræ Sedem vaſetenſi adjunxit, ejuſque loco Bavazicham inſtituit, quæ ad Provinciam Garmæorum ſpectabat. *Aſſeman. pag. 759.*

(13) Non ſemper tribus menſibus Epiſcopus Caſcaræ Sedem Patriarchalem cuſtodivit, antequam Patres ad electionem Patriarchæ convocaret, ſed ſæpius breviori, & aliquando longiori temporis ſpatio, uti ex ele-

electionum exemplis adductis ab Assemano pag. 652. patet. Ordinarie tamen tertio a defuncti Patriarchæ obitu mense Encyclicas ad Episcopos mittere debebat custos Sedis, quibus illos convocat ad Electionem faciendam.

(14) In hac disciplina variarunt Syri Nestoriani, & aliquando plures, aliquando pauciores Episcopi, ac Metropolitani in Electione Patriarchæ adfuisse leguntur. Marabas Seculo 6. Nestorianæ Ecclesiæ rector in Epistola Synodica, quam Pragmaticam appellant, in Patriarchæ Electione præsentiam quatuor Metropolitanorum, scilicet Bethlapetæ, Perath-Maisan, Arbelæ, & Beth Seleuciæ exigit, qui ternos secum ducant Episcopos ex singulis quatuor prædictis Provinciis. Josephus Successor Marabæ in Syn. an. 553. numerum Metropolitanorum haud definit, sed urgente necessitate binos Metropolitas sufficere affirmat. Jesujabus Arzunita in Syn. an. 588. tres, aut quatuor Metropolitas, & una cum ipsis binos, ternosve Episcopos requirit. Sed Theodosii canon obtinuit, qui sex Metropolitas jubet esse mediatores, seu Electores in creatione Patriarchæ, nimirum Elamitidis, Nisibis, Perath, Assyriæ, Bethgarmæ, & Halachæ. Iidem in Pontificali memorantur. In Marabæ Constitutione pro Elam *Bet-Lapetha* legitur, pro Athur *Arbela*, & pro Bethgarma *Beth Seleucia*, Sobensis autem, & Halavensis Metropolitæ omittuntur. Timotheus quatuor Metropolitis a Maraba memoratis *Nisibenum* adjunxit: Theodosius *Halavanensem*. Vide Assemanum *a pag. 644.*

(15) Antequam Seleuciam Patres electum consecraturi accedant, Chalipham seu primarium ministrum adibant, ut is electionem ratam haberet, qui regio diplomate, donisque electum prosequi consueverat. Primus diploma regium a Chalipha postulavit Mares Tobi an. Heg. 377. Ch. 987. hic Scriba Mosulanus Chaliphæ jussu, Episcopis minime consentientibus, sed milite Lanceis latera fodicante ad ferendum suffragium adactus ordinatus fuit Seleuciæ de more. Post Marim reliqui omnes Patriarchæ usque in præsentem diem ab illius loci Principe diploma postulant, quod dicitur Syris *Sigilion* Sigillum, Arabibus *Ehad* fœdus, & *Mansciur Literæ patentes*. In hoc diplomate dignitas Patriarchalis firma ac stabilis decernitur, Patriarchæ Auctoritas in subditos asseritur. Conceditur autem ad instantiam Patriarchæ, vel populi, qui regem de electione certioratum rogant, ut diploma concedat. Ante Maris tempora Nestorianorum Patriarchæ a Mahometanis Principibus diploma obtinuerant; sed quibus privilegia quædam ipsis concedebantur, non Patriarchalis dignitas confirmabatur. Dona etiam diplomati adjungebant Reges, Electumque ab ædibus regiis ad Cellam Patriarchalem equitare jubebant, cohorte militum comitante. *Vid. Assemam. tom. 4. a pag. 663. 664. 665.* Jesujabus Gadalensis a Mahometo

meto diploma obtinuit, quod prodiit Arabicè, & Latinè, Gabriele Sionita interprete, Parisiis an. 1630. hoc titulo præfixo: *Testamentum, & Pactiones initæ inter Mahomedum, & Christianæ fidei cultores*: In eo Mahometes Christianos Arabibus commendat, nimirum ut eos ab omnibus adversis tuerentur, nec ad bellum procedere, aut mores, legesve mutare compellerentur: Si quam verò collapsam Ecclesiam instaurare vellent, Arabum quoque operam ea in re adjungendam decrevit: Tributa a Sacerdotibus, & Monachis exigi omnino vetuit; a Laicis verò pauperibus nummos quatuor, a divitibus nummos 12. dumtaxat. Ut Christiana mulier, quam in domo Arabum deservire contingeret, neque ad mutandam religionem compelleretur, neque a Jejunio, & oratione, propriæque fidei dogmatibus prohiberetur. Aliud diploma ab Omaro Chalipha, qui Mahometum secundus excepit, obtinuit Jesujabus, quo cautum erat, ut ipse fratresque ejus, ac famuli, sectatoresque a tributo immunes essent, quod diploma sua ætate, *sc.* ad an. circiter 1300 conservari Mares scriptor Nestorianus testatur. Maremes Jesujabi Successor tertium diploma in eandem rem ab Ali Abi Talebo Chalipha impetravit. *Assemani. tom. 4. pag. 95.* Ubi adiissent Chalipham, vel Principem, ejusve ministrum, in Ecclesiam Bagdadensem conveniebant Patres horas Canonicas Sacramque Liturgiam celebraturi; ac demum consecrationem indicta die Seleuciæ peragebant. Quæ omnia in superiore descripto ritu his Verbis indicantur: *Cum res per Episcopos, primores, & fideles Bagdadi peracta fuerit.*

(16) Supra nomina Monasteriorum recitavimus, illud hic notandum censemus, quod apud Syros Nestorianos plura fuerint Monasteria, quæ a Patriarchis exempta, Patriarchalia evadebant, seu Patriarcharum jurisdictioni subdebantur; quæ autem fuerint, & in quo talis exemptio consisteret ex Constitutione Ebedjesu Patriarchæ, quam Sobensis recitat in Epitome Canon. part. 7. cap. 6. liquet; illam nos hoc loco integram Latine exscribimus; Sic habet:

„ Ebedjesu Catholici. Æqua, & justa ratio postulat, ut Patriarcha „ cum omni timore Dei, & certitudine veritatis investigare, & explorare „ studeat omnia communia, & particularia negotia, eaque secundum re„ ctam gubernationem disponere. Nos igitur vestigiis Patriarcharum „ S. memoriæ prædecessorum nostrorum inhærere volentes, & quemadmo„ dum illi, prout unicuique visum est utile, & profuturum ædificationi, „ aliquas Ecclesias & Monasteria exempta fore decreverunt: ita nos etiam „ considerantes Monasterium Sancti & Angelorum comitis Mar Michaelis „ prope urbem Mosul ab antiquo ordine excidisse, coacti sumus exem„ ptionis (*Syri* ... *dicunt*, *Græci Stauropegia*, *hoc est Patriarchalis*

„ Cru-

„ *Crucis fixionc*) privilegium illi concedere: Sicut olim Apoſtolo Adæo
„ placuit Eccleſiam Sciahargardæ exemptam declarare, & Apoſtolo San-
„ cto Mari Monaſterium, & Scholam in eodem poſitam in Dora-Konæ.
„ Similiter Maraba Catholicus ab Eccleſiæ Nuhadrenſis juriſdictione Mo-
„ naſterium Abunæ exemptum decrevit: & Mar Sabarjeſus Catholicus
„ Monaſterium ſuum, in quo jacet ejuſdem Sanctum Corpus, eodem
„ privilegio decoravit: & Jeſujabus Gadalenſis Catholicus Monaſteria
„ Bar turæ, & Mar Jacobi in Beth-Abe exempta itidem voluit. Timo-
„ theus quoque Catholicus ſuperius Monaſterium (*ita vocant Monaſterium*
„ *in Izlenſi monte apud Niſibin Meſopotamiæ Urbem conditum ab Eugenio*,
„ *quem* Abun, ſeu Avun, *Patrem ſc. noſtrum dicunt, & Sozomenus* lib. 6.
„ hiſt. cap. 33. *Corrupte* Aones *vocat*), & Scholam ibidem conſtructam
„ exemit. Joſue item Barnun Catholicus Monaſterium S. Eliæ vindica-
„ vit, idemque Moſulum Metropolitæ Aſſyriæ, & Adiabi tradidit. &
„ Niniven Epiſcopatu ſpoliavit, & Aſſyriæ univit. Emmanuel vero Ca-
„ tholicus Monaſterio Abbatis Joſephi in Balada idem exemptionis privi-
„ legium conceſſit; quo etiam Iſrael Catholicus Cœnobium Sancti Ga-
„ brielis in Charſa ornandum putavit. Ebedjeſus Catholicus eodem jure
„ Monaſterium Beth-Sajarenſe exemptum fore ſanxit. Johannes Catho-
„ licus cœnobium Jeſujabi Scezenſe ſimiliter exemit, idemque privile-
„ gium conceſſit Monaſterio S. Ezechielis Kokenſi, & S. Jacobi incluſi,
„ & Magiſtri noſtri Aphnimarani Churcomenſi, & Monaſterio Magiſtri
„ noſtri Hormiſdæ. Hæc porrò eſt conſtitutio cœnobii exempti, ut ad Pa-
„ triarcham proprie, & privativè pertineat, nomenque Patriarchæ dum-
„ taxat in illo prædicetur: neve liceat cuiquam ex Metropolitis & Epiſco-
„ pis provinciæ illius, aut aliarum provinciarum ullo pacto ejus rebus ſeſe
„ immiſcere: neve itidem cuipiam Presbyterorum, Diaconorum, Mo-
„ nachorum, & Laicorum illud Monaſterium feſtis diebus, aut quovis
„ alio die frequentantium nomen cujuſpiam ex Metropolitis, aut Epiſco-
„ pis recitare, neque iſtis fas ſit petere, ut ſuum nomen in Eccleſia Mo-
„ naſteriorum exemptorum proclametur, niſi nomen Patriarchæ ſolum-
„ modo. Inſtante autem neceſſitate fratribus Monachis prædicti Monaſte-
„ rii, conſecrandi novum Altare Oleo, ſive ordinationis faciendæ Pres-
„ byterorum, aut Diaconorum, conceditur iiſdem invitare quem elege-
„ rint Metropolitam ſive Epiſcopum. Cum autem venerit qui hujuſmodi
„ functiones peracturus eſt, conceditur Directoribus, Præſidentibus, &
„ Senioribus Monaſterii, offerre illi habitum Pontificum, utque Pallium,
„ & Amictum, Pedumque paſtorale, ſeu Baculum ferat, ejuſque nomen
„ poſt noſtrum recitetur, dum ipſe ſtat in Ordine Patrum in capite Eccle-
„ ſiaſtici cætus. Permittere vero, ut quilibet Metropolitanorum, aut Epi-
„ ſco-

„ ſcoporum in hoc Monaſterio recipiatur, definitivo canone interdici-
„ tur. Sin autem contigerit, aliquem ex Metropolitanis & Epiſcopis ex
„ cauſa primatum Eccleſiæ abdicare, haudquaquam fas illi eſto cubiculum,
„ & cellam in iſto Monaſterio ſibi coemere, ſive is Monachus loci fuerit,
„ ſive extraneus quiſpiam. Cum verò ad Monaſterium venire illum con-
„ tigerit, velut peregrinus & hoſpes excipiatur. Prælato autem, ſeu Di-
„ rectori Monaſterii conceditur conſecrare Altare in Monaſterio, ſi caſu
„ illud prophanari contigerit, neque conſecratione per Chriſma indigue-
„ rit. Sin autem ipſe Prælatus id per ſe efficere nequiverit, cuipiam ex
„ Presbyteris ſociis ſuis id committere, & delegare poterit, ut nimirum
„ functionem illam ritè peragat.

(17) Conſecrationi Patriarchæ præmittitur officium Veſpertinum, nocturnum, & matutinum; fit enim mane, antequam liturgia celebretur: Sique Altare conſecratione opus habet, hæc peragitur poſt officium nocturnum, & ante matutinum. Apud Syros conſecratio Patriarchæ fit poſt Tertiam, *Cod. Liturg. tom.* 10. Syri Neſtoriani in Conventu publico tres horas tantum recitare conſueverunt, hoc eſt Veſpertinas, nocturnas, & matutinas, reliquas verò, ut, apodipnon, tertiam, ſextam, & nonam privatis dumtaxat, & certis anni diebus. *Aſſem. Tom.* 4. *pag.* 337.

(18) Juvat hoc loco quædam de Chaldæorum Scientia, & in liberalibus diſciplinis præſtantia, delibare: lectores plura requirentes ad Cl. Patruum remittentes, qui cap. 15. de Scholis & literarum ſtudiis §. quinque diſſerit. Novimus ex Dan. cap. 1. Antiquitus apud Syros Aſſyrioſque, ſeu Chaldæos, Scholas, ſeu Academias, & univerſitates extitiſſe; inter quas Babylonica emicuit, ubi, in Palatio Regis Nabucdonoſoris, Hæbrei pueri literas, & linguam Chaldæorum docebantur. Cum ergo ab ipſis Chriſtianæ fidei primordiis Scholæ fuerint, loca ſcilicet, ubi liberalibus ſtudiis opera dabatur, id quod manifeſtum fit ex divinis, & humanis Eccleſiaſticis Scripturis, quæ inter Sacra naſcentis Eccleſiæ munera *Doctores* commemorant; ex quo per Apoſtolos in Meſopotamiam, Aſſyriam, & Perſidem invectum eſt Evangelium, docendi etiam munus Epiſcopi, Presbyteri, & Clerici in præcipuis illarum regionum Eccleſiis exercere cæperunt. Præ cæteris antiquitate, & nobilitate commendatur *Schola Edeſſena*, ubi *Sacras Scripturas interpretabatur Macarius* S. Luciani Presbyteri, & Martyris Magiſter, ut in hujus vita legitur apud Metaphraſten. *Bolland. Act. Sanctor.* 17. *Januar. cap.* 1. Et plures quidem in ea Urbe Scholæ extitere. Benattibus in *Nomocanone Arab. fol.* 129. Auctor eſt, S. Æphremum Edeſſenam Scholam aperuiſſe, poſtquam Niſibenæ ſub S. Jacobo præfuiſſet. Edeſſenam Scholam a Protogene Presbytero inſtitutam, eamdemque fuiſſe affirmat Thomaſſinus (*de Vet. & nov. Eccl. diſciplin.*

plin. Part.2. lib.1. cap.92. num.3.), ac celeberrimam illam *Perſidis Academiam*, cujus in excidium ait Theodorus Lector conſpiraſſe Zenonem Imperatorem, quod Neſtorij, & Theodori Mopſveſteni veneno infecta eſſet. Sed Aſſemanus Patruus tom. 4. pag. 1025. lapſum Thomaſini notat; qui ſubſequenti pagina advertit, Edeſſæ celeberrimam Perſarum Scholam floruiſſe, ex cujus ruinis Niſibena conſurrexit, quæ Benattibo auctore a S. Jacobo illius Urbis Epiſcopo inſtituta fuit ſub S. Ephremi præfectura, & tum exciſa, cum Perſæ Niſibim occuparunt. Narſes itaq. (Verba ſunt Patrui) circa an. Chr. 490. Scholam ibi erexit, poſtquam ex Urbe Edeſſa ejectus fuit. Narſeti ſucceſſit in præfectura Abrahamus ipſius ex Sorore nepos, deinde Joannes ejus diſcipulus, poſt Joſephus Huzita, tum alii, quin & nonnulli ex Scholaribus Magiſtri fuere. Et quidem is erat Auditorum numerus, ut ſub Hanano Magiſtro (*Vid. Aſſem. tom. 3. pag. 81.*) octingenti recenſerentur; ea vero illius Scholæ fama, ut in Africam, & Italiam pervaſerit, teſte Junilio Africano in Præfatione (*Biblioth. Patrum tom. 10.*) ad libros de partibus divinæ legis ad Primaſium. Ipſi quoque Hæbrei per idem tempus Scholam Niſibi habuerunt, de qua Vid. Caſſiodorum in *Præf. ad lib. 1. de Divin. Lection.* quin & ſex alias Scholas in Meſopotamia Hæbreos habuiſſe commemorat Auctor libri Juchaſſin, & David Ganzius apud Bartoloccium in *Bibliot. Rabbin. Part. 3.* §. 13. Scholæ Neſtorianorum Niſibenæ regulas ſanxere tres doctores, Narſes nimirum ſub Barſuma Archiepiſcopo, Abrahamus ſub Hoſee, & Hananus ſub Achadabue. Vid. Abulfaragium Benattibum in lib. Canon. Eccl. Neſtorian. *fol.* 130. Apud Aſſemanum *tom. 2. pag.* 507. Niſibenæ Scholæ æqualis fuit Seleucienſis ſeu Modainenſis, quam erexit Acacius, & an. 536. Marabas Patriarcha reſtituit. Everſam Phetion Patriarcha inſtauravit. Sabarjeſus Patriarcha illam viſitavit an. 834. qui & conſtitutionem edidit de Scholis, ſtudiorumq. methodo. *Aſſem. tom. 3. Bibliot. pag. 507.*

Seleucienſi Antiquior fuit Dorkenenſis, quæ S. Maris nomen præfert, quam Abdas circa an. 385. unacum Monaſterio fundavit, ibiq. Ebedieſus ejus diſcipulus literas didicit.

Sabarieſus Damaſcenus Patriarcha Mahuzæ apud Eccleſiam Sancti Phetionis in Suburbio Bagdadenſi Scholam inſtituit circa an. 832. Binæ aliæ Scholæ in Urbe Bagdadenſium extitere: altera ſcilicet in *ædibus Romæorum*, in loco, quem *Abad* appellant: Altera in *Cœnobio Timothei Patriarchæ*, quod *Caliljeſu*, & *Catholici* dicitur. Quarta item Schola in *Cœnobio S. Gabrielis*. Quatuor harum Scholarum Alumni, tam in electione Patriarchæ, quam in rebus ad Sedem Patriarchalem ſpectantibus, non ſecus atque Epiſcopi, Presbyteri, & Clerici, ſummam ſibi auctoritatem vindicabant, ut ex Pontificali præſenti liquet.

In regione Garmæorum binæ Scholæ floruere; Altera in Metropoli, quæ *Mahuzæ*, & *Arium* dicitur; Altera *Tirhanæ* a Phetione Patriarcha exſtructa; cujus exemplum ſecuti aliqui Epiſcopi alias fundarunt Scholas.

Scholam Elamitarum commemorat Sabarieſus in ſua cit. de literarum ſtudiis Conſtitutione edita an. 834. Ea primum *Lapietæ* erecta fuit, deinde unacum Metropolitana Sede in *Urbem Gandi ſaporenſem* translata eſt.

Perſidis Schola in ædibus Metropolitanæ Eccleſiæ laudatur a Jeſujabo Adiabenico Patriarcha in Ep. ad Doctorem Rivardſcirenſem. Luctuoſum ejus Scholæ ſtatum deplorat Sabarieſus Patriarcha citatus, ibi „ Anno „ Arabum 220. cum Aramæorum terras perluſtrarem, omnia caſtella, pa„ goſque doctis Clericis indigere perſpexi, adeout in Schola quoq. Mar „ Theodori, & in altera Mar Maris, atq. in illa Mahuzæ, præter aliquot „ Senes, qui ex tanta doctorum hominum copia pauci remanſerant, ex „ junioribus nullum literatum reperire contigerit. Quin & eundem ſtatum „ eſſe comperi regioni Elamitarum, atque Meſenæ, & Perſidis, & Cho„ raſanæ.

In Arabum Metropoli Meſena, ſeu Baſra, Ebedieſus Abdæ diſcipulus Scholam olim fundatam amplavit, aliaſque Hirtæ, Matothæ, & Jemanæ condidit. Thomas Margenſis (*tom.* 3. *Bibliot. pag.* 491.) Scholam in *Caſtro Hæbreo* commemorat, ubi literat Arabicas didicit Subchalieſus.

Choraſanitarum duplex fuit Metropolis, *Maruæ* ſcilicet, & *Haræ*: binas propterea Scholas extitiſſe ibidem colligitur ex recepto apud eos populos more exſtruendi Scholam in Ædibus Metropolitanis.

Scholæ in Adiabenicæ, ac præſertim in regione Margenſi plures floruerunt. De quibus vide Aſſemanum pag. 1033.

In Civitatibus ergo, & pagis, in ædibus Epiſcoporum, Presbyterorum, & in cœnobiis Monachorum Scholæ erigebantur. Hoc enim Patriarchæ, hoc Epiſcopi, Presbyteri, & Monachi maxime curabant, ut Clericos, Monachos, laicos literis imbuerent. Id munus Chorepiſcopis commiſſum legitur in Eccleſia Orientali, ut ſcilicet puerorum, puellarumque inſtitutionem procurarent, ſicut præcipitur *Can. Arab. Nicæn.* 59. „ Vi„ deat Chorepiſcopus cum egreditur ad Eccleſias, & Monaſteria, quæ in „ ſua ſunt juriſdictione, viſitanda, an pauci in eis ſint fratres, & ſorores; „ & ſi deſint, congreget Seniores pagorum, & alloquatur eos atque ad„ hortetur: ſacras legat ipſis Scripturas, ac divina omnia in memoriam „ revocet præcepta, & roget omnes, qui filios habent, & filias, ut ſe„ gregent aliquos eorum, & ad ſe adducant, & ſignet illos cum oratione, „ & precibus, imponatque ipſis manum, & benedicat, & conſtituat „ ex eis miniſtros ſecundum ſingulorum vocationem, & diſtribuat illos „ per omnes Eccleſias, & Monaſteria, præcipiatque ut erudiantur, &

„ in-

„ instituantur, ut boni reddantur Clerici, ut sic instaurentur Ecclesiæ, Mo-
„ nasteria, & alia loca ejusmodi ministris indigentia„ Et ex Canon. 79.
„ De Diaconissis„ ut habeant aliquem Magistrum perspicacem, & probum,
„ qui eas doceat legere Scripturas, donec probe erudiantur in eis, præsertim
„ in Psalmorum ministerio„ Etsi autem Chorepiscopo ea cura demandari solet, ad Episcopum tamen maxime spectat providere, ut Clerici, Monachi, & Laici instituantur. Nec enim id munus unquam præter Episcopum sua sponte sibi vendicare quis poterat, ut ex can. 7. Concilij Cæsarauguſtani liquet„ Ne quis Doctoris sibi nomen imponat, præter has per-
„ sonas, quibus concessum est, secundum quod scriptum est„ Ipsum Catechizandi munus penes Episcopos fuisse, palam fit ex Apostoli Verbis, quibus seipsum Apostolum, Prædicatorem, & Doctorem vocat: Et libellus S. Aug. *de Symbolo ad Catechumenos*, eas partem ipsum obiisse declarat. Presbyteros vero, Diaconos, Clericos, & Laicos ipsos ex Episcoporum permissione eodem officio functos fuisse constat ex monumentis Ecclesiasticis. Audiendus est Gregorius Barœbreus in Nomocanone Part. 7. cap. 9. „ Omnis Pontifex in primis Magistrum constituat ubi non adest, &
„ nomina puerorum describat, qui ad Doctrinam hauriendam apti sint, eo-
„ rumque parentibus præcipiat, ut illos, vel invitos ad Scholam adducant.
„ Quod si Orphani fuerint, aut inopes, ab Ecclesia victus eorum sub-
„ ministretur. Si vero id Ecclesia ob inopiam præstare nequiverit; Œcono-
„ mus Ecclesiæ singulis diebus Dominicis collectam a fidelibus faciat pro
„ eorum alimentis. Stipendium autem Magistri partim ab Ecclesia, partim
„ a puerorum parentibus solvatur„ Jesujabus Adiabenicus (*ut scribit Margensis apud Assem. tom. 3. p. 126.*) volebat Clericos, & Laicos in Monasteriorum Scholis institui, ut S. Benedictus in Monasteriis Occidentalibus fecit, teste S. Gregorio *lib. 2. Dial. cap. 3.*„ Cœpere tunc ad eum Romæ Urbis nobiles,
„ & Religiosi concurrere, suosque ei filios omnipotenti Deo nutriendos
„ dare„ Sive ii ad Monasticam professionem informarentur; ut Conventus Aquisgranensis Abbates declarant apud Cl. Thomassin. *Part. 2. lib. 1. cap. 98.*; sive literis tantum, ac pietate imbuerentur, ad Clerum postea, vel Seculum redituri, ut Monasteriorum Italiæ, Germaniæ, Galliæ, Hispaniæ, & Angliæ consuetudo fuit, in quibus filii Ducum, Comitum, & Regum etiam educabantur, quibus integrum erat, Clericatum vel Monasticum propositum amplecti, vel ab utroque se expedire vinculo, ubi se se ipsi per ætatem, rationisque & libertatis lucem recuperassent.

Gregorius Barebreus *Nomocan. Part. 7. cap. 9.* methodum studiorum sic repræsentat„ Tyrones primum Psalmos Davidicos legant; deinde no-
„ vum Testamentum, mox Vetus; postea Doctores, demum Interpretes.

„ Quod ſi ad Sacerdotium non ſunt promovendi, poſt Pſalmos ſelectas „ circuli per annum lectiones diſcant: tum vero ad artem procedant. „ Qui autem vocem habent ad cantum parum idoneam, ii præter Simplex „ miniſterium, nullum alium cantum addiſcant „ Subjungit libros Doctorum in hæc Verba „ Libri Doctorum, qui in ſancta Eccleſia leguntur, hi ſunt. „ Dionyſii Athenienſis Orationes tres, & decem Epiſtolæ. Baſilij Ora- „ tiones 29. Gregorii Nazianzeni Tomi duo, Orationes 47. & Epiſtolæ di- „ verſæ 31. Severi Tomi tres, Orationes Epithroniæ, hoc eſt in Throno „ habitæ, 124. & aliæ Epiſtolæ. S. Ephrem, & S. Iſaac Orationes me- „ tricæ 214. S. Jacobi Sarugenſis Orationes metricæ 182. Homiliæ, & „ Orationes Circuli per annum 155. quarum pleræque ſunt S. Joannis „ Chryſoſtomi, Cyrilli, Theodoti, Archithei (Arcadii), & alio- „ rum... Ex doctrinis autem externorum, Liber Antonii Tagritenſis: Item „ Ariſtotelis logica, Categoriæ, Perihermenias, Analytica, Apodicti- „ ca, octo Orationes: Elenchus Sophiſtarum: Poetica: Rhetorica, „ Orationes tres: Libri quatuor Mathematicorum (fortaſſe, Meteorolo- „ gicorum) qui linguam exornant, & libri de Phyſico Auditu, qui men- „ tem in quæſtionibus exercent. Ex Metaphyſicis vero materia tantum „ accipienda eſt, ſicut & nos accepimus in libro noſtro, quem Candela- „ brum Sanctorum inſcripſimus, & in altero minore, quem titulo Radio- „ rum prænotavimus, ubi eos diſputando confutavimus, qui Deum qui- „ dem noverunt, ſed non tamquam Deum glorificaverunt „ Eadem ferè ſtudiorum ratio traditur ab Auctoribus Neſtorianis, Canon nempe Scholæ Niſibis apud Sobenſem in Nomocan. Part. 6. cap. 3. Sic habet „ Anno pri- „ ma ponatur Seſſio, ubi Scholaribus victus adeſt, feria ſecunda poſt Do- „ minicam, cujus Antiphona incipit, *Poſt Reſurrectionem tuam*: ubi vero „ in Schola alimenta non dantur, ſed labore opus habent Scholares, ut „ victum ſibi comparent; feria ſecunda poſt Dominicam, cujus Antiphona, „ *non ex vivis*. Scribant autem anno primo primam partem Seſſionum; „ (illam deſcribit Aſſemanus tom. 3. pag. 292.) & librum Pauli, & Penta- „ teuchum. Qui vero Chorum inſtruit Cantu, is doceat threnos Defun- „ ctorum unacum lectione, quam in tabula tradit. Anno ſecundo ſcri- „ bant ſecundam partem Seſſionum, & Pſalterium Davidis, & Prophe- „ tas; lectioniqne, quam in tabula tradunt, adjungant hymnos Sacramen- „ tum, & cum tabula lectionum tradant Odas „ Sabarjeſus in Conſtitu- tione alias citata, ut Scholas reformaret „ Hymnorum diebus Dominicis „ per anni circulum canendorum ordinem compoſui (*ſcribit*), quem „ etiam in Patriarchio reliqui, Scholæque Magiſtrum admonui, ut deſcri- „ pta ex Codice exemplaria Presbyteris locorum, aliiſque in Chriſtianorum

„ de-

„ domibus miniſtrantibus diſtribueret... mandatum Canonicum conſtitui, „ ut in poſterum poſtquam Pueri Pſalmos, & Cantica Officii legere di- „ dicerunt, Evangelium, & Apoſtolum perlegant, tum ex V.T. ſibi addi- „ ſcenda ſeligant Capitula, ſeu Sectiones lectionum Dominicis, feſtis, „ & Commemorationibus aſſignatarum; quæ videlicet ex Bemate legi „ ſolent: hiſque abſolutis, ita demum ad opificia pro libitu addiſcenda, „ abire permittantur „ Huic Conſtitutioni inhærens Theodoſius Patriarcha poſt novi T. ſelectarumque ex V.Sectionum lectionem „ qui medendi (*ait*) „ ſcribendive artibus incumbunt, neutiquam negligant attente legere ex- „ poſitionem N. T. Codicem Sacramentorum auctore Mar Theodoro Ma- „ giſtro magiſtrorum... Si qui vero Presbyterorum locum in Eccleſia obti- „ nere deſiderant, ſedulo etiam percurrant Homilias totius anni, opus „ Mar Ananjeſu Catholici, & Joſve Barnun, ac Pauli „ Abraham Pa- triarcha Aſceticos libros Senibus, iiſque qui annum ætatis 50. attigere legen- dos jubet. Vid. Aſſemanum *tom.* 3. *pag.* 341. 342. Babæus Niſibenus Gram- maticam, & Muſicam in Scholis reſtituit, ut ſcribit Margenſis in ejus vita apud Aſſemanum *tom.* 3. *pag.* 178.

Porrò quamvis inter regulas Scholæ Niſibenæ ab Abulfaragio Be- nattibo in Nomocanone Arabico relatas, Canon legatur, quo ſtudium me- dicinæ excluditur; eoque id præcipitur, quia divina tantum lex per Magi- ſtros ibi docebatur, ut ſupra ex Junilio Africano notavi. In aliis tamen Neſtorianorum Scholis præter Sacrarum literarum ſtudium, Artes etiam liberales omnes doceri conſueverunt. Vid. Aſſemanum *tom.* 4. *pag.* 1043.

De libris porrò recipiendis in Eccleſia Neſtorianorum audiendus eſt Sobenſis in Epitome Canonum Synodalium *Part.* 9. *cap.* 9. „ Canon anti- „ quorum. Doctores, aut Eccleſiæ Antiſtites, aut Monachi, ſi quid „ non rectum, ac reprehenſione dignum elucubraverint, ſiquidem Au- „ ctor in vivis eſt, habeatur de eo commune Concilium: ſique non rectè „ ſcripſiſſe fuerit convictus, ſi ſponte reſipuerit, & ad regiam viam re- „ dierit, & priora damnaverit, ſuſcipiatur, proprioque ſcripto pœnitentiam „ ſuam ſignet & confirmet. Sin autem ab errore ſuo minime converſus „ fuerit, ſed in ſua nequitia temerè perſtiterit, excommunicetur, & ab „ Eccleſia unacum ſuo ſcripto eiiciatur, Si autem auctor e vivis jam ex- „ ceſſit, ejus quidem ſcripta damnationi ſubjacent; ipſe vero ad Chri- „ ſtum judicem ſuum abiit „ Timotheus Patriarcha Epiſtola Synodica re- lata a Patruo *tom.* 3. *pag.* 81. ſcribit „ Antiquus invaluit mos, quietiamnum „ in Eccleſia Dei viget, ut nemo magiſtri munus ſua ſponte ſibi præſumat, „ neve interpretem agat, aut libros componat, abſque permiſſu, & præ- „ cepto illius, qui univerſalis Eccleſiæ regimen, & gubernacula obtinet.

„ Et

„ Et hac quidem lege quicumque commentaria tractatuſve lucubrarunt, ſeſe „ continuere. Libros enim, quos componebant, expoſitiones, & in„ terpretationes, quas elaborabant, antequam ad vulgi manus deveni„ rent, ad Patriarcham aut transmittebant, aut ipſi per ſe deferebant: qui „ ſi ad id idoneus eſſet, ſuo ipſe ingenio intelligentiaque eorum li„ bros examinabat: factaque inquiſitione, ſiquidem eæ lucubrationes ap„ probationem, & coronam mererentur; approbabantur, & coronaban„ tur. Sin vero approbatione illa indignas Patriarcha cenſuiſſet, reiicie„ bat veluti Eccleſiaſticis legibus contrarias, damnabatque: quemadmo„ dum Sabarjeſus Catholicus Hanani Adiabeni ſcripta condemnavit, & „ Jeſujabus Sahabunæ Fabulas, commenta que Eſajæ Tahalenſis. Noſque „ ſimiliter blaſphemias illius Apameenſis, & Joſephi, atque Joannis Da„ liathenſis proſcripſimus. Si vero Patriarcha ob defectum ſcientiæ examen „ perficere non ſufficeret ad id operis Epiſcopos eruditos, & doctores „ exercitatos advocabat: & collata opera definiebant, utrum libri ſuſci„ piendi, vel reiiciendi viderentur. Et hæc ſane fuit Antiquorum regu„ la, quæ noſtris quoque temporibus obtinet. Nam Ephræmus, qui Ca„ thedram, & thronum Elamitarum obtinet, & ille alter pudicus, ca„ ſtuſque Rabban Moſes Presbyter, & Doctor, tertius etiam doctus, & „ acutus Abu Noe lucubrationes ab ipſis elaboratas, antequam a quopiam „ viderentur, ad nos tranſmiſere, ſcripſeruntque in hæc verba: Cognitio„ nis tuæ fornace eas explorato, & Sapientiæ tuæ igne expurgato. Et ſiqui„ dem in Eccleſiæ archiva recipiendas judicaveris, eaſdem recipi jubeto. „ Sin hoc honore indignas cenſueris, fac, ut in mare proiiciantur, aut „ igne abſumantur. Et iſti quidem viri Dei amantes ſic fecerunt.„ Hæc Timotheus. Elias Niſibenus compoſitum a ſe librum Seſſionum, antequam in vulgus emitteret, Eliæ primo Patriarchæ examinandum dedit: hic vero Abdallæ Benattibi Presbyteri Secretarii ſui judicio illum ſubjecit; *Vid. Aſſeman. tom.3. pag.271. & tom.4. pag.1045.*

Quam fuerint autem ampla privilegia Doctoribus, & Scholaribus conceſſa, in iis præſertim Scholis, quæ in Ædibus Patriarcharum erectæ erant planum fit ex Pontificali, in quo *Scribæ*, & *Medici* Bagdadenſes una cum Epiſcopis, & Presbyteris ſuffragium dant in Electione Patriarchæ; *Scholares* autem in ejuſmodi conſecratione locum habent cum Clero Patriarchali. Doctores ſcribæ, Medici, & Scholares, Patriarchas nonnullos ipſi elegerunt, reluctantes Epiſcopos ad conſecrandum illos compulerunt, *Aſſeman. tom.4. pag.651. 652.* Idem plane dicendum de iis Scholis, quas in ædibus ſuis Epiſcopi, vel in Monaſteriis Monachi fundabant: Scholares enim, & Magiſtri, tametſi in Clericorum numerum aliquando adſcripti non eſſent, Privilegiis tamen ejus Eccleſiæ vel Monaſterii gaudebant. *Aſſeman. tom.4. pag.1046.* Hæc de Scholis ſatis.

(19) Elam,

(19) Elam, Elymais regio, Elamitæ, ſeu Elymei Populi: ad occaſum Perſidis proprie dictæ, in Suſianæ regionis confinio inter Sinum Perſicum ad meridiem, & Mediam ad boream. Elamitis proximi Suſii, Uzii, & Chuſæi, ſeu Coſſæi. Antiqui Scriptores diſtinguunt Elymaidem a Suſiana: & Suſianam quidem ponunt inter Aſſyriam a Septentrione, Tigrim amnem ab occaſu, Eulæum fluvium, ſeu Elymaidem regionem ab ortu, & Sinum Perſicum a meridie; Elymaidem vero patere ajunt inter Eulæum, & Oroatin fluvios a Media uſque ad Sinum Perſicum. Etſi autem Elymeorum nomin invaluit, ut Perſas intelligamus, magis tamen proprie non totam Perſidem id nomen ſignificat, ſed regionem illius dumtaxat, ucut Suſiana quoque pars Perſidis dicitur. Porro Elamitis, Suſiis, Coſſæis, & Huzitis Metropolitanus apud Neſtorianos præfuit, a Perſico diverſus, qui primum inter Metropolitanos locum tenebat. Ejus Tituli fuere Elam, Iapetæ, Huzitarum, & Gandi ſapor. Subjecti Epiſcopatus Suſæ, Suſtræ, Ledan, & Mahargerdæ. *Aſſeman. tom.4. pag.419. 744.*

(20) Diaconium vocant Syri eam templi partem, quæ Cancellis Altaris clauditur. *Tunica Patrum*, eſt alba Presbyteris, Pontificibuſque communis, quæ Stichario Græcorum reſpondet. Omittuntur in Rituali Neſtorianorum cetera Electi indumenta. Neſtoriani recentiores Patriarchæ Cuculla carent, quam Antiqui gerebant, ut de Sabarjeſu teſtatur Amrus apud Aſſemanum *tom.3. pag.447.* Amictum, ſeu Birunam non Presbyteri, ſed Epiſcopi, & Patriarchæ uſurpant. Brachialibus, Orario interiori, ſeu Stola, & Tunica promiſcue utuntur Presbyteri, & Pontifices. *In ordine Presbyterorum ſtat.* Electus ſive Metropolita fuerit, ſive Epiſcopus, aut Presbyter, in ordine Presbyterorum ſtat, cum Patriarchalem conſecrationem accipit: eodem præterea ritu conſecratur, ſolo dignitatis, a qua ad Patriarchatum evehitur, nomine mutato. Neſtorianis hac in parte conſentire videntur Syri, in quorum Pontificali nihil de Epiſcopo in Patriarcham electo adnotatur, ſed uno eodemque modo illius conſecratio præſcribitur, ſive Epiſcopus ſit, ſive nudus Presbyter; quem morem Gregorius Baræbreus apud Aſſem. *tom.2. p.376.* reprehendit, ubi dicit aliter confici debere Metripolitæ, ſeu Epiſcopi, ac Presbyteri in Patriarcham conſecrationem: Hæc nempe ordinatione, & Enthroniſmo; illa Enthroniſmo tantum, ut recte advertit Simeon Theſſalonicen. in *lib. de Sacr. ordinat. cap.9. & 11.*

(21) Nomen mutarunt, cum ad Patriarchalem, aut Epiſcopalem dignitatem evecti fuere, ſive Monaſticum inſtitutum ſuſceperunt, Emanuel, qui olim Amrus vocabatur, Joannes Nazuch, qui Abu-Iſa, Sabarjeſus, qui Zanbur, Ebedjeſus, qui Abulphadius Aredi, Elias tertius, qui Abuhalim, Timotheus, qui Joſephus: Simeon, qui Denha; Elias, qui Simeon; Elias, qui Joannes; Elias, qui Marughæus; Elias, qui Denha. Re-

Reliqui demum recentiores, qui Simeonis, Eliæ, aut Joſephi nomina juxta triplicem Neſtorianæ gentis factionem aſſumunt.

(22) In Neſtorianis Codicibus legitur Joannis Abgari filii Rubrica; Iſte Patriarcha per ſortem electus, cum veſtem auro textam, Paſtorale pedum, atque pallium accepiſſet, unacum Epiſcopis ſuis ex aula feria 4. ſub noctem receſſit, atque hora ſecunda ejuſdem feriæ ad locum functionum deſtinatum pervenit, ubi Liturgiam celebravit, Cathedram conſcendit; poſtulatoque atramento Syngraphum fidei Syriace exaravit; traditoque conventui Chirographo ſubjecit „ Equidem hoc ego pacto convento „ haudquaquam indigeo; ſed Syngraphum iſtam ſcribo, ut ſucceſſoribus meis „ pro regula ac lege maneat „ Exemplar Singraphæ deſcribo latine ex T. 3. Bibl. Orien. *p.* 237. ſic autem habet „ Ego Joannes cognomento Bar-Abgari, „ ſeu Ebn-Aragi, profiteor coram Synodo Patrum Metropolitanorum, Epi„ ſcoporum, Presbyterorum Diaconorum, & fidelium commorantium in „ urbe pacis Bagdado, qui me elegerunt, ut ipſos regerem, & ſuper eorum „ Sedem, ideſt, thronum Patriarchalem Sederem: poſtquam ſcilicet ab iis „ rogatus, Deo ipſiſque obtemperandum duxi, & miniſterium Eccleſiæ ſu„ ſcepi: profiteor, inquam, & promitto, me juxta Canones Apoſtoli„ cos mores meos compoſiturum, rectamque fidem, quam Patres 318. „ definierunt, cordis aſſenſu, oriſque confeſſione illibatam obſervatu„ rum, Synodoſque omnes tum Orientales, tum Occidentales ſuſceptu„ rum, quos Patres Patriarchæ verique doctores in Perſide ſecuti ſunt: „ item amplexurum commentaria Sapientiſſimi Doctoris Sancti Theodori, „ ejuſque Liturgiam, nec non alteram Mar Neſtorii, ejuſque ſententiam „ circa Unionem filii, & ſubſtantias atque perſonas. Præterea firmiter „ propono, nec munera me accepturum, nec Deum, aut Eccleſiam ejus „ populumve ulla ratione decepturum, ſed meipſum coram omnibus verbo „ & opere, & in judiciis Eccleſiaſticis Paulo Apoſtolo pietate, & caſti„ tate conformaturum: Subditos, aut Eccleſias nullatenus gravaturum, „ nihilque præter debitum, & conſuetum accepturum: pecuniæ corro„ gandæ operam non daturum, neque filios Eccleſiæ in meo miniſterio „ perſecuturum; ex iis, quæ Deus largiri dignatus fuerit, eleemoſynas „ in pauperes, inopes, afflictos, orphanos viduaſque, ut decet, ero„ gaturum. Si pactum ſponte conventum (quod Deus avertat) minime „ obſervavero, reus ero judicii, vindictæ, juſtæque reprehenſionis. Si „ vero quidquam a fide Eccleſiæ mutavero, aut adjecero, aut detraxe„ ro, id mihi in crimen vertatur, dignitatiſque Patriarchalis, ſed & Chri„ ſtianæ religionis prorſus expers ero. Inſuper promitto, me daturum „ operam, ut Eccleſiæ ædificentur, malaque ab iis avertantur, ut pia „ legata perficiam, tributa pro infirmis ſolvam, in carceribus detentos

„ Ver-

„ Verbo, & opere inde extrahi curem, quemadmodum fratres, Chriſtianoſ-
„ que decet; peregrinorum morientium curam geram, ut ſcilicet exequiæ
„ iis celebrentur, eorumque Cadavera tumulo mandentur, cum membrum
„ ſint ex membris Chriſti. In tradendis autem Eccleſiis non plus offerentium
„ rationem habebo, ſed eas viris probis Deumque timentibus commen-
„ dabo & in manus impoſitione Simoniacum crimen, quod in munerum
„ acceptatione, dignitatumque Sacrarum pro certo pretio oblatione conſi-
„ ſtit, omnino proſcribam, neque interventionem cujuſquam hac ſuper
„ re admittam, nec niſi dignis gradum Sacerdotii conferam, idque præ-
„ vio examine, & diligenti inquiſitione. Presbyterum, aut Diaconum
„ non ordinabo, niſi juxta Canonem: Diaconum quidem poſt lectionem
„ Pſalmorum, eorumque, quæ ad Pſalmos in libro Davidis referuntur; Pres-
„ byterum vero poſt lectionem novi Teſtamenti: neque in Clericos
„ cooptabo locupletes indignos, neque dignos pauperes repellam „ Amrus in Cod. Ms. 41. tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 509. poſt relatum Syngraphæ exemplar, quod e Syriaco Arabice reddidit, ſubjungit „ *Hoc eſt exem-*
„ *plar Chirographi ab eo* (Joanne) *ſcripti, cujus ad Calcem hæc adjecit.*
„ Exemplar hujuſmodi exigi debet ab unoquoque Patriarcha, cum ad
„ Sedem Orientis promovetur: teſteſque ſuper eum advocandi ſunt Ordi-
„ nantes ipſum, ne oves Chriſti negligat: nam judicium quidem diſtri-
„ ctum eſt; periculoſa autem ſubſcriptio „ De hoc Joanne plura dabit Patruus. Rubrica autem Neſtoriana ſic habet „ Epiſcopi vero manum im-
„ ponunt ei dumtaxat, ut per hoc conſenſum ſuum demonſtrent. Domi-
„ nus autem Joannes Abgari Filius affirmat oportere, ut Metropolitæ ſimul
„ & Epiſcopi recitent ſuper eum, oſtendentes per hoc &c. „

(23) Archidiaconi munus gerit Epiſcopus Caſcaræ. Syris, & Græcis Epiſcopis commune eſt, ut aliquando munia Diaconorum exerceant; ſed Neſtorianis peculiare eſt, quod indumentis Diaconorum in Eccleſia utantur, uti videre eſt in hoc Pontificali libro.

(24) Nomen Occidentis additum a recentioribus, poſtquam Neſtorianus Patriarcha ditionem habere cæpit in Syria, Palæſtina, & Cypro: nam antiqui Codices ſolum *Orientis* nomen videntur expreſſiſſe. Ita & Princeps Metropolitarum cum Baculum Paſtoralem Conſecrato tradit, regimen Orientis memorat, non Occidentis.

(25) Cum in proſcribenda a Romano imperio Neſtoriana hæreſi non minus Catholici, quam Monophyſitæ Patriarchæ Epiſcopi, ac Imperatores operam ſuam impenderint, quin & Theodoſius imperator poſt Epheſinam Synodum lege directa ad Leontium Prætorio Præfectum (exſtat *in 3. p. Conc. Epheſin. cap. 45. & in Cod. Theodos. De hæret. l. ult.*) Neſtorii Sectatoribus publicam infamiæ notam inuſſerit; qui in Romana ditione Neſtoriani

ſtoriani latitabant, cum neque Neſtorium, neque ejus hæreſim palam tueri poſſent, primum larvam Defenſorum trium Capitulorum ſumpſere; deinde in caſtris Monothelitarum, quorum Neſtorius ipſe parens fuit, adverſus Catholicam Eccleſiam meruere, *Aſſeman. tom. 4. cap. 5. §. 1. & ſeqq.* pro vaferrimo ſcilicet Hæreticorum ingenio; ſeque perſecutionem pati, & exules pro Religione & Eccleſia Chriſti jactitarunt, illam ſibi commendatam, & in ſua ſecta conſiſtentem deprædicantes, & Patriarchatus donum a SS. Patribus Eccleſiæ ſuæ datum adfirmantes.

(26) Conſecrati Patriarchæ Enthroniſmus. Obſerva autem primò quod Solemnis ac publica liturgia a peracta conſecratione celebretur. Secundo, quod in ſignum reverentiæ, & ſubjectionis debitæ erga Patriarcham non liceat Metropolitanis, & Epiſcopis coram eo Baculos tenere.

(27) Soba, alias Niſibis, olim Achar, ſeu Achad, Græcis Antiochia ad Mygdonium, inter Metropolitanas ſecundum locum occupare cæpit ex decreto Synodi a Joſepho Patriarcha Neſtorianorum an. Ch. 552. celebratæ; viguitque ea conſuetudo uſque ad an. 905. a quo ad an. 1075. quo Sabarjeſus Patriarcha obiit, Eccleſia illa præ rogatiyis honoribus ſuis excidit; Ebedjeſus denique Aredi filius, qui huic Sabarjeſu ſucceſſit, priſtinam dignitatem reſtituit. Sequiori ævo Niſibenus thronus conjunctas habuit Armeniam, & Marden: Poſtremis vero temporibus, quod Niſibis pene diruta fuit, Metropolitana Sedes in tres alias diviſa legitur, in Amidenſem ſcilicet, Bethzabdenſem, & Haſancephenſem, quarum Archiepiſcopi Synodo an. 1616. celebratæ interfuerunt. *Aſſeman. tom. 4. pag. 768.*

(28) Meſene in finibus Meſopotamiæ regio, duplex a Cellario obſervatur: altera apud Seleuciam, & Cteſiphontem, Tigri fluvio cincta: altera inter Oſtia ejuſdem Tigris, ubi in Perſicum mare ſeſe immittit. Unam Syri admittunt, quam ex Euphrate, non ex Tigri, nominatam volunt: ubi enim hæc duo flumina commixta ſunt, non Tigris, ſed Euphratis nomen habent. Hinc Euphrates Meſene, ſeu Meſena regio ad Euphratem, totus ille tractus vocatur, qui infra Seleuciam uſque ad Sinum Perſicum producitur. Ibi Epiſcopum habuere Chriſtiani, quem Metropoliticis juribus a Papa Seleucienſi donatum ſcribit Sobenſis. In Synodica Marabæ ſecundus locus inter Metropolitas Baſſorenſi tribuitur, nam & *Teredon* olim, nunc *Baſra*, ſeu *Baſſora*, quæ & *Balſera*, *Balſora* Græcis, latiniſque *Boſtra* Arabiæ urbs ad ſinum Perſicum Metropolis Meſenorum audit; tertius locus in Pontificali, & in recentioribus notitiis eidem adſcribitur. *Aſſeman. tom. 4. pag. 429. & 729.*

(29) Rabbaitha Syris, Græcis Œconomus, latinè *Magiſter Domus*, ſeu diſpenſator, & adminiſtrator rei domeſticæ, & familiaris audit. De Œconomis alibi. Hic obſervandum cenſeo, quod Neſtoriani Œconomicam digni-

dignitatem tribuunt Archidiaconis, quos proinde *Eccleſiarchas* vocant. Ebedjeſus Sobenſis in Nomocanone *Part.6. cap.9.* tres Canones de Œconomis, deque Procuratoribus, eorumque adminiſtratione refert: quorum primus ex Synodo Jeſujabi Patriarchæ, alter ex Synodo Nicenæ adſcriptis, nimirum 63. juxta Turrianum; vel 68. juxta Ecchellenſem. Tertius ex Verſione Turriani 80. juxta Ecchellen 84. De *Oeconomo & procuratore Ægrotorum, & pauperum*, ſive ſæculari, ſive regulari. Hujuſmodi tamen Œconomus a primo differt, ut ex utriuſque lectione Canonis conſtat. Aliud œconomi officium ad Monaſteria pertinet; quem Græci *Eccleſiarcham*, ſive *Oeconomum Monaſterii*, aut *Cellarium* vocant.

(30) Timothei in Urbe Bagdado cœnobium a Timotheo Patriarcha ſeculo octavo declinante exſtructum fuit, quod *Caliljeſu*, & *Catholici* nomen obtinuit: Sub Joanne Narſetis a Mahometanis direptum. *Aſſeman. tom.4.pag.*880. Epuli mentio fit, ubi Patriarcha conſecratus eſt, ſemel in cœnobio Timothei, & iterum in cœnobio Gabrielis; ſed haud dubium, quin ſingulis diebus, quibus electus cum electoribus verſatur, fiat Epulum.

(31) Duplex Monaſterium Salibæ appellatum occurrit in hiſtoria Neſtoriana, alterum in *Tela* apud *Sarſaram* fluvium, quod ſub *Tamuza*, ſeu *Tomarza*, ab *Abda* circa an. Ch. 385. conditum fuit; aliud apud *Haiglan pagum ad Deglatam*, ſeu Tigrim Fluvium, hujus Monachos Abam, Thomam, atque Baritam Meſſalianiſmi accuſatos Ananjeſus Patriarcha circa an. 690. a Georgio Monaſterii Bethabenſis Abate examinari juſſit. Sabarjeſus, cognomento Damaſcenus, Patriarcha ex reditibus Scholæ in vicino Phetionis Monaſterio fundatæ annua ſubſidia monachis Cœnobii Salibæ ad Sarſaram conſtituit. *Vid. Aſſeman. tom.4. pag.*871.

(32) Dorkena, alias Dair-koni, & Dair-kuni, & Durkena, locus erat juxta Cochen in vico, quem Badrajam vocant. Ibi Eccleſia, Schola, & Cœnobium S. Maris, ubi Veteres Seleucienſes Archiepiſcopi tumulari ſolebant. Epiſcopum peculiarem aliquando habuit, qui Badaraiæ, & Baxaiæ titulum una gerebat: poſtea Patriarchali Eccleſiæ cochenſi acceſſit. Porro ferunt Dorkena fuiſſe ædes cujuſdam fœminæ, cui nomen ﻛﻮﻧﺎ *Kunæ*, ſeu *Konæ*, vel *Kenæ*. Ubi igitur Patriarcha in Eccleſia Cochenſi ordinatus eſt in cœnobium Koni adit, & quaſi poſſeſſionem accipit a Cœnobitis honorifice exceptus.

(33) Haud procul ab Urbe Moſul ad Tigrim poſitum, alias cœnobium S. Michaelis, cœnobium SS. Gabrielis, & Michaelis, & cœnobium SS. Gabrielis & Abrahæ, cœnobium ſedis appellatum, quod Ebedjeſus Patriarcha exemptionis privilegio donavit, ut ſupra monui. Sub Machicha Patriarcha an. Hegiræ 495. a Turcomanis inhabitatum fuit; quamobrem

ut illud Patriarcha Monachis reſtitueret, Epiſcopum Chebbadi filium Dorkenam advocavit; qui Cœnobiorum Maris, & Gabrielis curam haberet. *Aſſeman. tom. 4. pag. 628.*

(34) Mahuza urbs duplex, altera in Babylonia apud Cteſiphontem ex altera fluminis parte ad Provinciam Patriarchalem pertinens, eademque Bagdadi Suburbium, & Carcha, ſeu Carch appellatur; illuc Choſroes Anuſceruanus expugnata Antiochia coloniam deduxiſſe perhibetur. Altera in Aſſyria ſeu Adiabena, Epiſcopalis ſub Garmæorum Metropolitano, *Arbuna* dicta, cujus Epiſcopi laudantur Sahadunas, & Sabas. *Aſſeman. tom. 4. pag. 761.*

(35) Phetion in Urbe Halavana ortus, ex mago in oppido Gedan Chriſtianus, & Monachus factus, cum Jazdinum Patruum ad Chriſti fidem convertiſſet, eandemque in Badraia, Baxaia, & Baſendana annunciaſſet, filiam quoque Præſidis Halavanæ, quam a dæmonio curaverat, unacum Patre baptizavit, ſimulque omnes Martyrium ſub Jezdegerde ſecundo ſubiere. Cœnobium poſtea ad tumulum S. Phetionis Conditum fuit, quod una cum Eccleſia Sabarjeſu Patriarcha inſtauravit. *Aſſeman. tom. 3. pag. 397. 156. 160. 506.*

ܗܘ ܕܠܐ ܡܢ ܒܥܕܐ ܕܟܢܫܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܥܡ
ܫܠܝܚܐ ܒܟܠ ܥܠܡܐ *

Item: (1) quot Patriarchæ ab Apoſtolis inſtituti ſunt in univerſo Mundo.

ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܕܐܬܬܩܢ ܒܗ ܫܠܝܚܐ ܩܕܝܫܐ ܕܫܘܠܡܢܐ ܕܪܫܘܬܐ ܕܐܒܗܬ ܩܕܝܫܬܐ ܒܟܠ ܥܠܡܐ ܗܘ ܕܐܝܬ ܒܗ ܚܡܫ ܡܕܝܢܬܐ ܒܟܠ ܥܠܡܐ ܕܫܡܗܝܪ ܒܗ ܒܝܬ ܫܡ ܒܟܠ ܥܠܡܐ ܗܘ ܕܐܝܬ ܒܗ

cuæ, quas, & Urbium matres eſſe novimus. Primo loco eſt Babylon (z): ea quippe Metropolis eſt, materque urbium, & idcirco caput regni Aſſyriorum fuit, ſicut primogenitus (*Moyſes*) Prophetarum docuit. II. eſt Alexandria, quæ ab Alexandro Magno condita fuit. Tertia Antigone, quæ ab Antigono ædificata, ab Antiocho poſtea aucta, & exornata, ex ejus nomine Antiochia appellata fuit. Quarta eſt magna Roma, quæ a Romulo condita, ab eodem nomen accepit. Quinta Byzantium, quæ urbs ab Imperatore Conſtantino Conſtantinopolis dicta eſt. In his ergo quinque Urbibus poſt revelationem Dei verbi in carne, a beatis Apoſtolis conſtituti fuerunt quinque Epiſcopi Metropolitæ, qui & Patriarchæ nomi-

ܕܫܠܝܚܐ ܕܐܬܪ ܒܗ ܐܦ ܫܘܠܛܢܐ ܕܐܬܝܗܒ ܠܗ ܡܢ ܩܕܡ ܗܘ ܡܠܟܘܬ

tus eſt, & quidem ob reverentiam trium Apoſtol., qui terras ditioni illius ſubjectas traduxere ad Chriſtianam fidem; fuerunt autem Thomas Indorum, & Sinenſium Apoſtolus, & Bartholomeus, qui & Natanael, Arameorum, & Adæus, unus ex 70., qui fuit magiſter Aghæi, & Maris, & Apoſtolus Meſopotamiæ, & univerſæ Perſidis. Plena autem Patriarchicæ dignitatis prærogativa, qua nomine tenus Apoſtolicus Seleuciæ, & Cteſiphontis thronus, ut diximus, fruebatur, ex hac cauſa poſtmodum conceſſa eſt, nimirum ex occaſione turbarum, quæ Eccleſiæ acciderunt ex calumnia ſervorum diaboli Crucifixorum (*Judæorum*), atque

وحصلهم معكوهم
لؤمهم وهذه الدرجة .
معكوا امنوا وهلمسا
لهما مهلمتبا
وهملكوه . لاومدا لمن لما
ومبوهما مرمتما .
مخلمهم وهو بهدما
ولؤمدا . ملوب هم هدمي
ذحوهم ولب موملاوب
وحمه بوومي لمنه لما
موفنهم دلنه . لاومدبه
همه حهفمي مهوحها
مهمدلهما وهكفنحما
لحوفهما هلمسما
وحصلهم معكوهم
وحمدا حلسمو ميا وهو
لنه لمر ولمني . معكوا
لحلما وهمعما وبدبه
لدا دبلا حمالحمنرا
وهلسموه وهكما لمعقا
معسمتما . لؤمي همه
هكمنحما لاوصهه لدا
لؤدا وبلا وليكمحه . مي
ولؤمما ماسبا وليكمحه
مسي حمه حدا وهما حنه
حبلا

Manichæorum. Duo quippe Patriarchæ Cruci affixi ſnere ante fores Eccleſiæ Antiochenæ, alter Aramæorum, Antiochenus alter, & factus eſt luctus unus in Eccle-

ﻟﻠﻜﻨﻴﺴﺔ ﺍﻟﺸﺮﻗﻴﺔ ﻭﺍﻟﻐﺮﺑﻴﺔ . ﻭﺑﺪﻡ ﻫﺆﻻﺀ ﺍﻟﺒﻄﺎﺭﻛﺔ ﺻﺎﺭ ﻟﻪ ﺍﻟﺴﻠﻄﺎﻥ ﻛﺎﻟﺒﻄﺮﻳﺮﻛﻴﺔ . ﻭﺃﻭﻝ ﻣﻦ ﺃﺧﺬ ﺍﻟﺒﻄﺮﻳﺮﻛﻴﺔ ﻳﻘﺎﻝ ﺇﻧﻪ ﺳﻴﺎﻫﻠﻮﻓﺎ ﻭﺁﺧﺮﻭﻥ ﻳﻘﻮﻟﻮﻥ ﺇﻧﻪ ﺑﺎﺑﺎ . ﻭﻟﺘﺄﻛﻴﺪ ﻫﺬﺍ ﻭﺷﺮﺣﻪ ﻗﺪ ﺃﺗﺖ ﻗﻮﺍﻧﻴﻦ ﺍﻟﻐﺮﺑﻴﻴﻦ . ﻭﻫﻲ ﻫﺬﻩ .

ﻗﺎﻧﻮﻥ ﺍﻟﻤﺠﺎﻣﻊ . ﺍﺭﺗﺄﻯ ﺍﻟﻤﺠﻤﻊ ﺍﻟﻤﻘﺪﺱ ﺃﻥ ﻳﻜﻮﻥ ﻟﻠﻜﻨﻴﺴﺔ ﺍﻟﺠﺎﻣﻌﺔ ﺃﺭﺑﻌﺔ ﺑﻄﺎﺭﻛﺔ ﻓﻲ ﺍﻟﻌﺎﻟﻢ ﻛﻠﻪ ﻛﻤﺎ ﺃﻥ ﻟﻠﻤﺴﻴﺢ ﺃﺭﺑﻌﺔ ﺇﻧﺠﻴﻠﻴﺴﺘﺎﺕ ﻭﻟﻠﻔﺮﺩﻭﺱ ﺃﺭﺑﻌﺔ ﺃﻧﻬﺎﺭ ﻭﻟﻠﺴﻨﺔ ﺃﺭﺑﻌﺔ ﻓﺼﻮﻝ ﻭﻟﻠﻌﺎﻟﻢ ﺃﺭﺑﻌﺔ ﺃﺳﺎﻃﻴﻦ ﻭﻫﻢ ﺍﻟﺤﻜﻤﺎﺀ ﺍﻟﻌﺎﻟﻤﻴﻮﻥ ﻳﻘﻮﻟﻮﻥ ﺇﻥ ﺍﻟﻌﻨﺎﺻﺮ ﺃﺭﺑﻌﺔ ﻭﻣﻨﻬﺎ ﻳﺘﺮﻛﺐ ﺍﻟﻌﺎﻟﻢ . ﻭﺃﻣﺎ ﺍﻟﺮﺃﺱ ﻓﻴﻜﻮﻥ ﻛﻤﺎ ﺃﻣﺮ ﺑﻪ ﺍﻟﺮﺳﻮﻝ ﻓﻲ ﻗﺎﻧﻮﻧﻪ ﻭﺃﻣﺎ ﻫﻮ ﻓﻘﺪ ﺃﻋﻄﻰ ﺍﻟﺮﺋﺎﺳﺔ ﻟﻠﻜﺮﺳﻲ ﺍﻟﺮﻭﻣﺎﻧﻲ ﻟﻜﻮﻧﻪ ﻛﺮﺳﻲ ﺍﻟﻤﺪﻳﻨﺔ ﺍﻟﻤﻠﻮﻛﻴﺔ ﻭﺍﻟﻜﺮﺳﻲ ﺍﻟﺜﺎﻧﻲ ﻫﻮ ﻛﺮﺳﻲ ﺍﻹﺳﻜﻨﺪﺭﻳﺔ ﻭﺍﻟﺜﺎﻟﺚ ﻫﻮ ﻛﺮﺳﻲ ﺍﻧﻄﺎﻛﻴﺔ ﻭﺍﻟﺮﺍﺑﻊ ﻫﻮ ﻛﺮﺳﻲ ﺃﻭﺭﺷﻠﻴﻢ ﻭﻟﻜﻦ ﻣﻊ ﺫﻟﻚ ﻳﺠﺐ ﺃﻥ ﻳﻜﻮﻥ ﻟﻜﻞ ﻭﺍﺣﺪ ﻣﻦ ﻫﺆﻻﺀ ﺍﻟﺒﻄﺎﺭﻛﺔ ﺳﻠﻄﺎﻥ ﻋﻠﻰ ﺍﻟﻜﻨﺎﺋﺲ ﺍﻟﺘﻲ ﺗﺤﺖ ﻳﺪﻩ ﻛﻤﺎ ﻳﻠﻴﻖ ﺑﺎﻟﺒﻄﺮﻳﺮﻛﻴﺔ ﻭﻳﺤﺎﻓﻆ ﻋﻠﻰ ﺍﻟﺤﻘﻮﻕ ﺍﻟﺘﻲ ﺗﺨﺼﻬﺎ ﻭﺍﻟﺘﻲ ﻗﺪ ﺍﻛﺘﺴﺒﻬﺎ ﻣﻦ ﺍﻟﺰﻣﺎﻥ ﺍﻟﻘﺪﻳﻢ ﻭﺍﻟﻌﺎﺩﺍﺕ ﺍﻟﻘﺪﻳﻤﺔ ﻭﺍﻟﻤﺴﺘﻤﺮﺓ ﺇﻟﻰ ﺍﻵﻥ ﻭﻫﺬﺍ ﻳﻨﻄﺒﻖ ﺃﻳﻀﺎً ﻋﻠﻰ ﺍﻟﺒﻄﺮﻳﺮﻛﻴﺔ ﺍﻟﺘﻲ ﻫﻲ ﻓﻲ ﺳﻴﺎﻫﻠﻮﻓﺎ ﻭﻫﻲ ﺍﻟﺘﻲ ﺗﺘﻤﺘﻊ ﺑﺎﻟﺴﻠﻄﺎﻥ ﻋﻠﻰ ﺍﻟﻜﻨﺎﺋﺲ ﺍﻟﺘﻲ ﺗﺤﺖ ﻳﺪﻫﺎ ﻛﻤﺎ ﻳﻠﻴﻖ ﺑﺎﻟﺒﻄﺮﻳﺮﻛﻴﺔ ﻭﻳﺤﺎﻓﻆ ﻋﻠﻰ ﺍﻟﺤﻘﻮﻕ ﺍﻟﺘﻲ ﺗﺨﺼﻬﺎ ﻭﺍﻟﺘﻲ ﻗﺪ ﺍﻛﺘﺴﺒﻬﺎ ﻣﻦ ﺍﻟﺰﻣﺎﻥ ﺍﻟﻘﺪﻳﻢ ﻭﺍﻟﻌﺎﺩﺍﺕ ﺍﻟﻘﺪﻳﻤﺔ ﻭﺍﻟﻤﺴﺘﻤﺮﺓ ﺇﻟﻰ ﺍﻵﻥ ﻭﻫﺬﺍ ﻳﻨﻄﺒﻖ ﺃﻳﻀﺎً ﻋﻠﻰ ﺍﻟﺒﻄﺮﻳﺮﻛﻴﺔ ﺍﻟﺘﻲ ﻫﻲ ﻓﻲ ﺳﻴﺎﻫﻠﻮﻓﺎ ﻭﻫﻲ ﺍﻟﺘﻲ ﺗﺘﻤﺘﻊ ﺑﺎﻟﺴﻠﻄﺎﻥ ﻋﻠﻰ ﺍﻟﻜﻨﺎﺋﺲ ﺍﻟﺘﻲ ﺗﺤﺖ ﻳﺪﻫﺎ

lorum, quod tulerunt in

Eccleſia Orientis, & Occidentis communis, atque horum Patrum ſanguine duplicata illi poteſtas eſt inſtar Patriarcharum. Et primum, qui Patriarchicam prærogativam accepit, quidam ajunt, Sciahlupham fuiſſe, alii Papam. Ad horum autem confirmationem, & dilucidationem Canones occidentalium adſunt.

Canon OEcumenicorum (Nicæn. 37.) Placuit Synodo œcumenicæ quatuor Patriarchas eſſe in univerſo mundo, uti quatuor Evangeliſtæ, & ut quatuor flumina, & etiam quatuor fines orbis, ſicut & ipſi ſapientes ſeculi dicunt, quod quatuor ſint Elementa, ex quibus mundus fit. Sit autem Caput Romanus, juxta præceptum Apoſtoloſuis Canonibus. Ei verò ſuc-

ſuccedat Alexandrinus. Cui ſuccedat Epheſinus, quem excipiat Antiochenus. Epiſcopi autem omnes dividantur, ut ſint ſubjecti iſtis quatuor. Et omnium civitatum magnarum, quæ ſunt Metropoles, Epiſcopi nominentur Metropolitæ ex nomine civitatum ſuarum. Sitque eis poteſtas ſuper Epiſcopos civitatum parvarum, quæ ſubjectæ ſunt civitatibus ſuis. Et per impoſitionem manuum Metropolitarum conſtituantur illi Epiſcopi ſimplices. Neque ſit poteſtas Metropolitis, ut ab iis, qui ſunt ſe minores ſub ipſorum poteſtate conſtituti, ipſiſque ſubjecti, conſtituantur, quoniam, qui ſimplicem, & non duplicatum gradum tenet, poteſtatem non habet illum cõnſtituere, qui præſtet ipſi. Si enim in ſeipſo non poſſidet hanc conceſſionem, quì po-

testatem habet, ut illam alteri concedat. Sed singuli Metropolitæ a Patriarcha suo fiant; & omnis Episcopus simplex a suo Metropolita ordinetur. Et unusquisque, uti est in suo gradu ministret: quicumque verò hæc prætergreditur, Synodus Oecumenica sub anathemate eum constituit.

Can. (38). Placuit Synodo Oecumenicæ, ut Sedes Ephesi, quæ est Patriarchæ, transferatur in Urbem regiam Byzantium, ut sit honor ambobus lateribus insimul, scilicet, Sacerdotio, & Regno. Episcopo etiam Ephesi sit honor, neque conculcetur, eo quod translata sit exinde Sedes. Episcopus insuper Hierusalem, ne subiiciatur amplius Cæsareæ; sed & ipsi quoque sit honor ob locum sanctum. Adhæc Sedi Seleuciæ, quæ est in terra Orientis, sit facultas ab

hoc

hoc die in posterum, ut faciat Metropolitas, uti & est Patriarchis; ne ob ascensum & descensum eorum ad Patriarcham magnum, qui est in regione Romæorum, quæ est Antiochia, inveniant inimici fratrum nostrorum Christianorum, qui ibidem sunt, occasionem, & statuant, seu moveant persecutionem contra eos. Ipsi quoque Patriarchæ Antiochiæ sit voluntas (*acquiescat communi voto*) per supplicationem totius communitatis, & non contristetur ob potestatem multam totius Orientis, quæ ablata est ab eo; quia ad quietem fratrum nostrorum, qui inter Persas sunt, id factum est, ne accusentur vanè, & moriantur per manus Ethnicorum. Quod si autem causa postulaverit, & congregetur Synodus in regione Romanorum, contingat vero, ut & reperia-

ܘܗܠܟܗ ܕܡܪܢ ܀ ܐܠ
ܘܢܗܘ ܟܕ ܐܬܐ ܠܟ .
ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܢ ܐܝܟ ܐܢ
ܐܬܐ ܠܟ ܀ ܐܠ ܬܗܘ
ܒܥܝܢܟ ܡܢ ܐܢܫ ܕܐܬܐ
ܠܟ ܀ ܐܠ ܬܗܘ ܒܥܝܢܟ
ܡܢ ܐܢܫ ܕܐܬܐ ܠܟ ܀
ܐܠ ܬܗܘ ܒܥܝܢܟ ܡܢ
ܐܢܫ ܕܐܬܐ ܠܟ ܀ ܐܠ
ܬܗܘ ܒܥܝܢܟ ܡܢ ܐܢܫ
ܕ

alio uinculo innodatus, aut criminis alicujus reus, aut primatum ambiens, aut ſui ipſius amator, vel pecuniæ cupidus, & ſuis ſerviens deſideriis, eaque charitati Dei præferens, præficiatur poſt obitum meum, & in throno meo ſedeat, & grande opus Patriarchatus obtineat. Volumus autem, ut ab Epiſcopis ejuſdem ſedis Patriarchalis de conſenſu omnium Epiſcoporum, & ambarum urbium, admoneatur Metropolita Beth-Lapetæ, ſi canonicè fuerit conſtitutus, deinde Metropolita Perath-Maiſan (Boſræ), deinde Metropolita Arbelæ, deinde Beth-Seleuciæ. Et iſti quatuor ad has Urbes accedant, ternos ſecum ducentes ex ſingulis quatuor prædictis provinciis Epiſcopos: ſimulque congregati, de conſenſu utriuſque Urbis eligant virum a qualibet infamiæ nota

ta liberum, qui valeat perfectam fidem caute cuſtodire, & rectã confeſſionem prædicare, & Eccleſiaſticorum canonum obſervantiam vitæ ſuæ anteferre, & ſapienter gubernare in omni caſtitate, & puritate. Hac porro lege electum ad Eccleſiam Cochenſem deferant ſecundum SS.PP. traditionem, & in Sede Catholica collocent, ut locum noſtrum poſt obitum noſtrum obtineat: quem S. Trinitatis, quæ eſt ſuper omnia, quæſumus, miſericordia cuſtodiat, confortet, & corroboret, ut præſit populo Chriſtianorum ad laudem Dei Patris, & Chriſti ejus, ejuſque Spiritus ſancti. Si vero poſt obitum noſtrum aliter fiat præter ea, quæ diximus, & decrevimus, & definivimus: ira Dei veniat de cælo ſuper eos, qui ſecus fecerint, & ſuper omnes eos, qui cum illis partem ha-

habuerint, in nomine universi Christianorum coetus. Hæc itaque docuimus, & decrevimus in verbo Dñi ñri; ut post obitum nostrum custodiantur. Si autem, postquam ego Patriarcha decessero, non sicut hoc scripto a nobis constitutum est, alter pro me Patriarcha creetur, irrita, & inanis h.m. Electio sit, eandemque censuram incurrant, qui eam fecerint. Si que Patriarchæ Electio non fiat intra magnam Ecclesiam Cochen., sed extra ipsam magnam Ecclesiam, aut ab Episcopis, & Metropolitanis contra hoc constitutum nostrum; ab hoc magno ministerio, & a quocumque gradu Sacerdotii excidisse declaramus, & eum, qui electus fuerit, & qui eum elegerint, anathemati subditos fore usque in seculum ex mandato glorioſæ Trinitatis Patris

ܠܥܡܝ . ܡܫܡܫܢܝܬ ܘܥ
ܩܕܝܫܐ ܕܫܡܝܐ ܕܥܠܡ
ܘܥܡܡܝܢ ܘܠܥ ܐܠ
ܥܠ ܟܠ ܫܡܗ ܩܕܝܫܐ .

ܡܫܡܫܢܝܬ . ܐܝ ܟܠ
ܘܒܟܕ ܡܒܥܠ ܐ ܐ
ܘܠܩܕܡܝܐ ܘܠܡܒܝ
ܠܥܠ ܡܕܡ ܘܩܕܝ
ܐܠ ܡܠܐ ܐ ܡܫܠ ܐ
ܘܐ ܡܫܠ ܘܠܡ
ܟܠ ܟܠ ܩܕܝ .
ܐ ܘܠ ܘܠ
ܡܠܟ ܡܫܡ ܘܠ
ܐ ܡܫ ܩܕ
ܠܡ ܐ ܡ
ܡ ܘܠ
ܐ ܡ
ܐ ܡ
ܐ ܡ

iſte Filiorum ortus ipſius ſolis obtinuit, ut ordinaret plagam principem plagarum populorum, qui veritati ſeſe diſcipulos exhibuerunt, & ipſa refulgens fide veritatis tenet baculum ingenuum, & Apoſtolicum Matris Principatuum in ſimilitudine Petri Principis Apoſtolorum, & in ſimilitudine Pauli Architecti Eccleſiæ; & obediunt Principatui ipſius paterno omnes illi, qui adminiſtrant principatum ſedium Paternarum, ideſt, Metropolitæ, & Epiſcopi; & quemadmodum facultas non eſt gradibus inferioribus Epiſcopatu prætergrediendi prohibitionem, & præceptum Epiſcopi, qui tenet Principatum totius regionis; ſic facultas non eſt Metropolitis Principibus Provinciarum, & Epiſcopis Principibus regionum repugnare, & tranſgredi prohibitionem,

ܘܟܠ ܡܕܡ ܕܐܝܬ ܒܗ ܚܘܫܐ ܘܪܓܫܐ ܘ

procedunt ordines Sacerdotales intelligibiliter, & ab eo deducuntur præcepta communia paterne. De hoc præcipitur canonicè, ut in chirotonia ejus tres, & quatuor Metropolitæ congregentur, habentes ſecum binos, aut ternos Epiſcopos ex Provinciis ſuis. Congregantur autem illi Metropolitæ, & Epiſcopi, qui cum ipſis ſunt, quando vocantur in ſcriptis ab Epiſcopis Hyparchiæ magnæ, & ab Archidiacono, ac Principibus Eccleſiæ, & fidelibus nobilibus utriuſque Civitatis Mahuzæ. Cum autem Metropolitæ ſociique eorum Epiſcopi advenerint, primum in Synodo generali Metropolitarum, Epiſcoporum, Sacerdotum, & fidelium civitatum Mahuzæ fit de electione examen; & ſegregatur per electionem remotam a præviis negotiationibus, & perſonarum

ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܘܡܕܒܪܢܘܬܐ ܕܪ̈ܫܐ
ܘܠܐ ܥܕܝܠܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܦܪܨܘܦܐ
ܐܝܢܐ ܕܫܘܐ ܗܘ ܘܦܐܐ
ܠܡܕܒܪܘ ܟܘܪܣܝܐ ܦܛܪܝܪܟܝܐ
ܘܪܝܫܘܬܐ ܐܡܐ ܕܪ̈ܝܫܘܬܐ .
ܘܗܝܕܝܢ ܡܫܡܠܝܢ ܠܗܘ
ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܠܫܘܡܠܝܐ ܕܓܒܝܐ ܕܠܐ ܬܘܗܝܐ .
ܡܛܠܗܕܐ ܐܬܦܝܣܢܢ
ܟܠܢ . ܗܢܘ ܕܝܢ ܐܢܐ
ܝܫܘܥܝܗܒ ܦܛܪܝܪܟܐ .
ܘܚܢܢ ܡܝܛܪ̈ܦܘ ܘܐܦܝܣ̈ܩܘ
ܐܝܠܝܢ ܕܚܫܝܒܝܢ ܒܛܟܣܐ
ܘܫܝܢܐ ܕܥܕܬܐ ܡܗܝܡܢܬܐ .
ܘܐܝܟ ܕܚܫܝܒ ܐܝܩܪܐ
ܕܟܪܣܛܝܢܘܬܐ ܘܕܪܝܫܘܬܗ
ܒܝܗ ܦܩܕܢ ܘܬܚܡܢ
ܒܫܘܠܛܢܐ ܫܡܝܢܝܐ ܕܗܟܢܐ
ܥܕܬܐ . ܘܬܘܒ ܬܚܡܢ ܕܐܝܢܐ ܡܢ
ܡܝܛܪ̈ܦܘ ܘܐܦܝܣ̈ܩܘܦܐ
ܘܟܗ̈ܢܐ ܘܡܗܝܡ̈ܢܐ
ܕܢܫܘܛ ܘܢܣܠܐ ܘܠܐ ܢܫܬܡܥ
ܠܟܠܡܕܡ ܕܐܝܟ ܨܒܝܢܗ
ܕܡܫܝܚܐ ܦܘܩܕܢܗ ܘܡܬܩܢܢܘܬܗ
ܡܢ ܦܛܪܝܪܟܐ . ܠܗܘ
ܕܗܘ

respectu, atque irreprehensibilem a Deo, Persona illa, quæ idonea, & apta est ad regendam Sedem Patriarchalem, & Principatum Matrem Principatuum. Et tunc Metropolitæ, & Episcopi Electi ordinationem perficiunt absque cunctatione. Quamobrem nos omnes consentientes, idest, Ego Jesujabus Patriarcha, nosque Metropolitæ, & Episcopi, quibus de ordine, & pace Ecclesiæ fidelis, deque Christianæ Religionis ejusque Principatus decore cura amabilis est, mandavimus, & definivimus in potestate cælesti, ut hæc ita in Ecclesia obtineant. Item definivimus, quod quicumque ex Metropolitis, Episcopis, Sacerdotibus, & fidelibus, contemserit, & respuerit, neque obedierit omnibus rebus, in quibus a Patriarcha juxta voluntatem Christi præceptum, & constitutum acce-

cepe-

ceperit, illum, quicumque fuerit, omnes anathematizamus, & alienum a ſuo miniſterio, & gradu facimus eum in verbo Chriſti, quoad uſque confundatur, dirigatur, & convertatur ab inſipientia ſua, donec ſubiiciatur Principatui Eccleſiaſtico. Et nemo facultatem habeat aliter faciendi in Verbo Dei.

Can 74. Apoſtolorum.

Non eſt æquum Epiſcopos, aut Metropolitas, aut Catholicum honorem Epiſcopatus ſui concedere Fratri ſuo, aut Filio Fratris ſui, aut alteri conſanguineo, dum Ordinatos illos conſtituit; haud enim juſtum eſt, velle efficere hæredes Epiſcopatus ſui; nam quæ Dei ſunt humano adfectu non ſunt tribuenda, injuſtum quippe eſt Eccleſiam Dei ſub hæreditate ponere. Quod ſi quis id fecerit, irrita ſit Chirotonia

ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܒܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܚܪܢ ܐܠܐ ܒܡܕܝܢܬܗ ܒܠܚܘܕܗ ܕܗܘ ܒܠܚܘܕܗ ܡܬܚܝܒ ܒܕܝܢܐ ܩܛܠܐ ܕܡܢ ܕܢܦܪܫ ܡܢ ܫܘܬܦܘܬܐ ܕܥܡܗ ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܒܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܚܪܢ ܐܠܐ ܒܡܕܝܢܬܗ ܒܠܚܘܕܗ ܕܗܘ ܒܠܚܘܕܗ ܡܬܚܝܒ ܒܕܝܢܐ ܩܛܠܐ ܕܡܢ ܕܢܦܪܫ ܡܢ ܫܘܬܦܘܬܐ ܕܥܡܗ

tonia ipſius, ipſe autem ſegregationis ſententia capitali obnoxius erit.

ܠܐ ܢܗܘܐ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܒܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܚܪܢ ܐܠܐ ܒܡܕܝܢܬܗ ܒܠܚܘܕܗ ܕܗܘ ܒܠܚܘܕܗ ܡܬܚܝܒ ܒܕܝܢܐ ܩܛܠܐ ܕܡܢ ܕܢܦܪܫ ܡܢ ܫܘܬܦܘܬܐ ܕܥܡܗ

Oecumenicorum.

ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܒܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܚܪܢ ܐܠܐ ܒܡܕܝܢܬܗ ܒܠܚܘܕܗ ܕܗܘ ܒܠܚܘܕܗ ܡܬܚܝܒ ܒܕܝܢܐ ܩܛܠܐ ܕܡܢ ܕܢܦܪܫ ܡܢ ܫܘܬܦܘܬܐ ܕܥܡܗ

Placuit Synodo Oecumenicæ, quod de omnibus geſtibus, qui incongruè fiunt, ſive ſub manu Metropolitarum, ſive ſub manu Epiſcoporum, ſit poteſtas ipſi Patriarchæ, cum poteſtate, ut cognoſcat, quoniam Patriarcha Pater eſt communitatis, & omnes Metropolitæ, & Epiſcopi filii ſunt hæreditatis ejus. Honor autem Patriarchæ, uti Pater in Filios poteſtatem habet. Et quemadmodum poteſtas eſt Patriarchæ faciendi quodcumque vult congruenter, circa illos, qui poteſtati ipſius ſubſunt; ſimiliter ſit poteſtas Patriarchæ Romano ſupra Patriarchas omnes, ſicuti Beato Petro fuit ſupra

pra totam communitatem, quandoquidem locum Petri tenet in Universa Ecclesia is, qui Romæ est. Illum itaque, qui hæc transgreditur, Synodus Oecumenica anathemati supponit.

Oecumenicorum.

Placuit Synodo Oecumenicæ, ut quatuor Patriarchæ sint in toto mundo, sicut quatuor Evangelistæ, & quatuor flumina, atque quatuor sunt fines orbis; sicuti etiam Sapientes Sæculi dicunt quatuor esse Elementa principia mundi: Sitque caput ille, qui Romæ est, secundum præceptum Apostolorum, quod in suis Canonibus definierunt.

Oecumenicorum.

Romæ magnæ concessa est præcedentia, & Principatus Patriarchatus propter duas columnas, quæ in ea positæ sunt, Petrum, inquam, caput Apo-

Apoſtolorum, & Paulum, ille Doctor Gentium. Et ipſa eſt ſedes prima, & Princeps Patriarcharum.

Qui autem dubitet de magnitudine honoris, & impoſitionis manus Patriarchæ Romani, ſciat hæc, quæ ſcripta ſunt. Abres qui græce dicitur Ambroſius, a ſede Romana impoſitionem manuum habuit. Abraham etiam habuit impoſitionem manuum a ſede Romana, & deſcendit ex ſerie generis Jacobi Filii Joſeph. Jacobus *Evodius* a ſede Romana impoſitionem manus habuit, & hic quoque deſcendit ex genere Joſeph viri Mariæ. *Achadabues* & iſte a ſede Romana Ordinatus eſt. Maraba etiam a ſede Romana chirotoniam accepit. Raban Aram Niſibenus pariter a ſede Romana chirotoniam obtinuit. Mar Joannes Sulaka quoque

que a ſede Romana ordinatus fuit.

Caput primum, quod ſuperfuit è loco ſuo. De ordinibus Eccleſiaſticis, & diviſione talentorum. Nonnulli Antiqui definiunt, quod Sacerdotium oporteat poni, ut genus quoddam; gradus, qui in ipſo ſunt, veluti ſpecies, ordines autem tamquam differentiæ, miniſterium demum tamquam proprietas.

Jeſujabi.

Jeſujabus vero in ſua inſtitutione canonica, ita dicit. Licet alia dicta ſint de diviſione talentorum, quæ in medio Eccleſiæ, per impoſitionem manus conferuntur, ceu ad diſpenſationem myſteriorum, & ordinum Eccleſiæ, verumtamen juxta traditionem, quæ ex Patribus, quam diſquiſitione recta tradiderunt diſcentibus tamquam doctores veritatis, vera, & recepta, ac no-